896. — Dominus Johannes *Britauz*, miles, sicut dixit officialis Trecensis, tenet domum suam de *Changenays*, et villam cum pertinentiis, et nemora, et integre quicquid habet ibidem. Domina Luciana tenet de eo apud *Viliers-Dangeorge* quicquid ibi habet. Johannes *Briteaux* de eo tenet domum suam de *Sablonnieres*. Soror sua, uxor domini de Alneto, tenet de eo apud *Trefoux*, sed nescit quid nec quantum.

897. — Theobaldus de Sancto Martino, armiger, tenet apud Surdolium dimidium modium bladi in molendino majoris de Surdolio et duos solidos census. Non debet gardam, ut dicit.

898. — Relicta Johannis de *Courgivout* tenet apud Montem *le Potier*, de escheeta fratris sui, id quod habet in dicta villa: VIII libratas terre. De garda debet respondere.

894. — Sommeyèvre, Vitry-le-Brûlé (Marne).
895. — Courpalais, Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne).
896. — Troyes (Aube); Champcenest, Villiers-Saint-Georges, Sablonnières; Aunoy-les-Minimes, f., c[ne] de Courchamp (Seine-et-Marne); Tréfols (Marne).
897. — Saint-Martin-des-Champs, h., c[ne] de Voulton; Sourdun (Seine-et-Marne).
898. — Courgivaux (Marne); Montpotier (Aube).

1 C'est ici que commence la sixième bande du rôle de Provins.

899. — *Thiebaux de Monciaux* tenet apud Montem *le Potier*, de escheeta Hugonis de *Montlepotier*, VIII libratas terre.

900. — Hugo Burgundus, armiger, tenet de ballio pueri domum de *la Saucete* cum grangia supra et quicquid ibi habet, preter tres solidos census et preter X arpenta prati. L libratas terre. Johannes de Allodio tenet de ipso, apud *Esclavole* et apud *Perregni*, XL libratas terre. Dominus Rogerus *d'Esclavole* tenet de ipso, apud *Esclavole*, XXX solidatas terre. *Li Chaz d'Esclavole* tenet de ipso apud *Chantemelle* homines, nescit quot. Non debet gardam, ut dicit.

901. — Manasserus de Bosco, armiger, tenet apud Boscum C arpenta terre arabilis, homines, — valoris X libratarum terre, — et domum fortem, et molendinum venti, et IIII$^{or}$ arpenta nemoris juxta domum, et IIII sextarios avene in costumiis, et apud Boscum et *Bauchisi* III modios redditus et XXX gallinas, et censum apud Boscum — XV solidos. De garda debet respondere.

902. — Relicta domini Ansselli de Mota tenet apud Ermetum domum et L libratas terre. De garda nichil scit.

903. — Dominus Guillelmus *Gate-Blef* tenet apud *Merrolestes* circiter LX solidatas terre.

904. — Rogerus, thessaurarius Sancti Quiriaci, tenet thessaurariam Sancti Quiriaci.

905. — Johannes de Lacheio tenet cantoriam Sancti Quiriaci.

906. — Garssias tenet preposituram Sancti Quiriaci.

907. — Johannes, decanus, tenet decanatum Sancti Quiriaci.

899. — Montceaux-lès-Provins (Seine-et-Marne); Montpotier (Aube).

900. — La Saulsotte (Aube); l'Alleu, (?) f., détr., c$^{ne}$ de Saints (Seine-et-Marne); Périgny-la-Rose (Aube); Esclavolles, Chantemerle (Marne).

901. — Branchery (Seine-et-Marne).

902. — La Motte-Bonnot, f., c$^{ne}$ d'Hermé (Seine-et-Marne).

904-907. — Saint-Quiriace, anc. église collégiale, à Provins.

905. — Lachy (Marne).

908. — Guillelmus de *Saron* tenet ex dote uxoris, relicte Ansselli de Mota, apud Motam et in parrochia de Ermeto XII libratas terre. Debet respondere de garda. Johannes de Cigneello et Hato de *Esclaveles*, plegii de rachato.

909. — Dominus Gaufridus de *Cuchermoi* tenet domum de *Cuchermoi* et quicquid ibi habet. Item, tenet de dono regis apud Pigiacum.

Item tenet, ex parte uxoris apud Pigiacum, quicquid ibi habet.

910. — *Perrins de Johannes*, armiger, tenet de hereditate uxoris sue, apud *Mesonceles*, XX libratas terre. Dominus Henricus de *Courmerin*, et dominus Milo de *Montbleru*, et Leotericus de *Balenes* tenent de isto feodo. De garda debet respondere.

911. — Girardus de Fossa tenet apud *Merroles* et apud *Marigni* XL solidatas terre.

912. — Milo de Joiaco, armiger, tenet de escasura sororis sue, apud *Buat* et in pertinenciis, VI$^{xx}$ libratas terre.

913. — Ansellus de Castro, armiger, tenet de rege et habet litteras domini regis.

908. — Saron-sur-Aube (Marne); la Motte-Bonnot, f., c$^{ne}$ d'Hermé; Hermé; Signets, h., c$^{ne}$ de Signy-Signets (Seine-et-Marne); Esclavolles (Marne).

909. — Cucharmoy; Pigy, h., c$^{ne}$ de l'Echelle-lès-Provins (Seine-et-Marne).

910. — Maisoncelles, h., c$^{ne}$ de Saint-Martin-du-Boschet (Seine-et-Marne); Montbléru, h., c$^{ne}$ de Neuvy (Marne); Baleine, h., c$^{ne}$ de Saint-Martin-du-Boschet (Seine-et-Marne).

911. — Marolles, h., c$^{ne}$ de Mortery (Seine-et-Marne).

912. — Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne). Buat était sans doute le nom du faubourg de Provins construit sur la route de Bray; Bourquelot nous apprend, en effet, qu'on donnait le nom de « porte du Buat, » *porta de Buato*, à l'une des portes de la ville basse et que cette porte était précédée, au XV$^{e}$ siècle, d'un faubourg qui s'étendait jusqu'à l'église, aujourd'hui ferme de Saint-Léonard, sur le finage de Poigny (Bourquelot, *Hist. de Provins*, t. I, p. 329-330).

913. — Le Châtel; c'est ainsi qu'on désignait la ville haute de Provins, où l'on trouvait la « place du Châtel » (ou place des Changes) et l'église de Notre-Dame-du-Châtel.

914. — *Guioz de Lohan* tenet apud *Nuefviz* C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

915. — Dominus Guillelmus *Tovullez de Monciaux* debet tenere de rege id quod habet apud *Monciax*, et debet gardam. Advocat illud se tenere de domino Johanne *Maupetit*.

Item, heredes domini Hugonis Pueri de *Monciaux* debent tenere de rege.

916. — Dominus Odo de Nemore tenet domum suam fortem de Nemore et integre quicquid habet in parrochia de *Vilegruis* quod solebat tenere de domino Johanne de Bosco : circiter centum libratas terre. Dominus Johannes *d'Ablois* tenet de ipso quicquid habet in parrochia de *Vilegruis*. Johannes de Pommeura tenet de ipso terras valoris unum modium *(sic)* frumenti. Item, idem Odo tenet in castellania Ville Mauri, apud *Fox*, XL solidatas terre quas non nominavit.

917. — Dominus Theobaldus de Monte Poteri tenet de hereditate uxoris sue, apud Montem Poteri, XV libratas terre, et de escasura fratris uxoris sue Hueti de Ruilliaco, armigeri, circiter VII libratas terre. Dominus Johannes de Monte Poteri et Guiotus de *Fontenoi*, plegii de rachato. Et hoc est unum feodum quia tenebat de dicto Hueto hereditatem suam. Domina Avelina de *Courgivrout* debet tenere de rege aliam partem escasure illius. Non debet gardam, ut dicit.

918. — *Thiebauz Goudarz* tenet de rege IX arpenta terre, et domum cum porprisio apud Villam *Cendrier* de excambio Johannis *Goudart*, sicut dixit idem Theobaldus, et triginta arpenta terre in loco predicto que posuit in feodo et reaccepit de rege.

914. — Louan (Seine-et-Marne); Neuvy (Marne).
915. — Montceaux-lès-Provins (Seine-et-Marne).
916. — Villegruis; Abloy, f. détr., c^ne de Sigy; Pommeuse (Seine-et-Marne); Villemaur, Faux-Villecerf (Aube).
917. — Montpotier (Aube); Rouilly; Fontenay, auj. Saint-Brice (Seine-et-Marne); Courgivaux (Marne).
918. — Villecendrier, f., c^ne de Sourdun (Seine-et-Marne).

919. — Giletus de Grangiis, armiger, tenet de rege, de hereditate matris sue, XV arpenta terre apud *Chanetronc* et V solidos census. Guiotus de *Chanetronc* tenet de ipso quicquid tenet apud *Chanetronc*, et Johannes de Meso id quod tenet apud *Chanetronc*. Pueri de *Chantaloe* tenent de ipso id quod habet apud *Chanetronc*. Gaufridus de Rivo Petroso tenet de ipso id quod habet apud *Chanetronc*. Non debet gardam, ut dicit. Defunctus *Racous de Chanetronc* fuit avus suus.

## ISTI FEODI NON SUNT POSITI IN QUATERNO.

920. — *Jehannins de Chanoi*, armiger, tenet de rege quicquid habet apud *Chanoi* et in finagio, ex parte matris. Hanricus de Grangiis tenet de ipso apud *Wangnouri*, sed nescit quid. *Thiebauz Rabere* tenet de ipso terram de Petra Lata, *Rolland* de Petra Lata terram de Petra Lata, *Thiebauz* de Petra Lata terram de Petra Lata, domina Herssandis terram de Petra Lata, Hugo de *Gonnai* terram de Lata Quercu, *Jehannins de Puiselot* terram de [1]...

921. — *Rousselez de Chanoi* tenet apud *Chanoi* domum, nemus, terras, prata : circiter C libratas terre.

922 [2]. — Oudetus de *Chenet* tenet unum modium bladi per medium in minagio Pruvini. De garda nichil scit.

919. — Les Granges, f., c^ne de la Ferté-Gaucher; Chennetron, h., c^ne de Saint-Martin-Chennetron; le Mez, h., c^ne de Cerneux; Chanteloup, h., c^ne de Beauchery; Ruperreux (Seine-et-Marne).

920. — Chanoy, h., c^ne de Cerneux; les Granges, f., c^ne de la Ferté-Gaucher; Vignory, h., c^ne de Cerneux; Pierrelez; Liechêne, c^ne de Sancy, canton de Villiers-Saint-Georges; Puiseleau, f., c^ne de Moutils (Seine-et-Marne).

921. — Chanoy, h., c^ne de Cerneux (Seine-et-Marne).

---

1 Cet article inachevé a été biffé.

2 Ici commence la septième bande du rôle.

923. — Johannes de *Pontangi* tenet, de rege, apud Montem *le Poter* censum, et homines. Dominus Johannes *li Flamenz* tenet de ipso, et dominus Odo *dou Menoir*, apud Montem *le Potier*. Item, tenet apud Villam Novam juxta Pontes censum et justiciam.

924. — Dominus Johannes de Sezania, salvo alio homagio suo, tenet apud Plessetum prope Pruvinum domum fortem de Plesseto quam retraxit a domino Guidone de Avelliaco. De garda debet respondere.

925. — Gaufridus de *Bauchisi*, armiger, tenet domum fortem de *Bauchisi* cum appendiciis et duabus familiis hominum. Debet gardam.

926. — Domina Petronilla de *Poumeriax* tenet apud Calestriam avenam et gallinas. Non debet gardam, ut dicit [1].

927. — Johannes de Alneto, filius domini Radulfi de *Gloise*, tenet quicquid habet apud *Lumart*. Non debet gardam, ut dicit.

928. — Domina Margareta, relicta domini Anselli *de Fossi*, tenet de hereditate quicquid habet apud *la Sauceie* in castellania Pruvini, et quicquid tenet apud *Coufflanz* in castellania de Cantumerula.

923. — Potangis (Marne); Montpotier; Minoy, h., c^ne de Saint-Hilaire; la Villeneuve-au-Châtelot (Aube).

924. — Séxanne (Marne); le Plessis-Poil-de-Chien, h., c^ne de Voulton; Everly (Seine-et-Marne).

925. — Beauchery (Seine-et-Marne).

926. — Pommereau, h., c^ne de Saint-Hilaire (Aube); Chalautre-la-Petite (?) (Seine-et-Marne).

927. — Aunoy-les-Minimes, f., c^ne de Courchamp; Gloise, h., c^ne de Vaudoy; Linard, h., c^ne de Mortery (Seine-et-Marne).

928. — Foissy (Yonne); la Saulsotte (Aube); Conflans, Chantemerle (Marne).

1 Cet article a été biffé.

929. — *Droarz d'Aoust* tenet de rege domum suam *d'Aoust* cum porprisio a puteo versus domum sua(m), et terras, — circiter XL arpenta, — et nemus de *Chane-Boçu*, et census et costumias et homines de *Bauchisi*, et essartum Giberti, et III arpenta inter Cousturam (et) Housseium, et duo arpenta et dimidium nemoris subtus *Chane-Boçu*. Domina Emelina, soror sua, tenet de ipso XX arpenta nemoris prope *Daoust*.

930. — Odo de *Compens* tenet ex parte uxoris quicquid habet in castellania Pruvini et Joiaci. De garda debet dicere.

931. — Dominus Gaufridus de Mala Domo tenet de dote uxoris que fuit uxor domini Roberti de *Loors*.

932. — Johannes de *Gondelet*, armiger, tenet apud *Courperdriz*, ex parte matris, C solidatas terre.

933. — *Hanrions* de Justiniaco tenet franchisiam domus sue ante domum cambellanorum de Pruvino, et domum suam de Justiniaco cum jardino ante domum Choffonneli, et XX arpenta terre juxta molendinum abbatis Sancti Jacobi. Non debet gardam, ut dicit.

934. — Relicta domini Ansselli de Foissiaco tenet apud *la Saucete* quicquid ibi habet.

935. — Dominus Petrus de *Ponmoulen* tenet partem domus et terre (de) *Bauchisi* pro filio suo.

929. — Daoust, f., c^ne^ de Voulton; Beauchery; le Houssay, ch., c^ne^ de Voulton (Seine-et-Marne).

930. — Compans, Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne).

931. — La Malmaison, f., c^ne^ de l'Echelle-lès-Provins; Lourps (Seine-et-Marne).

932. — Gondelot, h., c^ne^ d'Augers; Couperdrix, h., c^ne^ d'Augers (Seine-et-Marne).

933. — Jutigny, h., c^ne^ de Paroy; Saint-Jacques, anc. abbaye, à Provins (Seine-et-Marne).

934. — Foissy (Yonne); la Saulsotte (Aube).

935. — Pontmoulin, h., c^ne^ de Coulommiers; Beauchery (Seine-et-Marne).

# XVIII

## FEODI DE SANCTA MANEHULDE[1]

936. — Dominus Ferricus de Sancto Remigio tenet de rege, apud *Wallemez*, X sextarios avene ad mensuram de Sancta Manehulde et XXV solidos. Debet gardam apud Sanctam Manehuldim.

937. — Johannes de *Soume-Py* tenet[2] de dote uxoris sue que uxor fuit Droini de *Soayn*, apud *Walemeis*, XL[a] jornalia pro quibus debet gardam per tres menses apud Sanctam Manehuldim.

938. — Dominus Eustachius de Danpetra super Alvam tenet homines suos de Dampetra, et quicquid habet in riperia de Dampetra, et prata sua de Dampetra et homines suos de Elisia; valoris sunt circiter centum solidatarum terre. De eo tenet Guiotus, frater suus, quicquid habet apud Corretum et apud Elisiam, — circiter tres familias; valoris sunt circiter XV libratarum terre. Item, de eo tenet dominus Andreas, frater suus, quicquid habet apud Sanctam Manehildim et apud *Corroy:* circiter XL libratas terre. Debet gardam per sex ebdomadas.

Item, tenet idem Estachius de alio homagio, ex eschaancia Wermondi, apud *Elise* unam familiam hominum,

936. — Saint-Remy-sur-Bussy, Valmy (Marne).
937. — Sommepy, Souain, Valmy (Marne)
938. — Dampierre-sur-Auve, Elize (Marne).

---

1 Ce rôle comprend deux bandes de parchemin.

2 On trouve ici une première tentative de rédaction représentée par un certain nombre de mots barrés, parmi lesquels ceux-ci: « in castellania de Buissiaco » sont à peu près les seuls qui offrent un sens.

et pratum subtus Dampetram super Alvam, videlicet quintam partem, et quintam partem aque; valoris sunt circiter XV solidatarum terre. Idem Wermondus debebat gardam per tres menses pro feodo suo, de quo dictus Eustachius tenet tantummodo quintam partem.

939. — Guiotus de Dampetra tenet de rege, de escaancia Wermondi, apud Dampetram super Alvam, domum suam, et quintam partem prati de Dampetra, et quoddam pratum retro domum, et quintam partem dicte aque et medietatem cujusdam jardini; valoris sunt circiter XX solidatarum terre. Idem Wermondus debebat gardam per tres menses pro feodo suo, de quo dictus Guido tenet tantummodo quintam partem.

940. — Dominus Andreas, canonicus Cathalaunensis, — sicut dixit dominus Estachius, frater suus, juratus, — tenet ex eschaancia Wermondi quintam partem videlicet dicti prati : circiter X solidatas terre. De garda sicut Guido.

941. — Dominus Milo de Sancto Amando non venit.

942. — Dominus Galterus *Baaillars de Soume-Yevre* tenet apud *Argiez* quartam partem domus et quartam partem hominum, justicie, prati et quarrucagii loci, prata de Verreriis scilicet quartam partem X$^{cim}$ arpentorum, quartam partem XL sextariorum avene apud Buxiacum, et ex escasura domini *Jupyn* qui debebat gardam per annum; valoris sunt quindecim libratarum terre.

Item, idem Galterus tenet apud Sanctam Manehuldim, in quodam molendino, IIII sextarios frumenti, et fuerunt de feodo domini Renardi de Bosco qui debebat gardam per annum et diem.

943. — Dominus Jocelinus de Virduno, ligius post episcopum Virdunensem, tenet centum solidos in bursa,

939. — Dampierre-sur-Auve (Marne).
940. — Châlons-sur-Marne (Marne).
941. — Saint-Amand (Marne).
942. — Sommeyèvre, Argers, Verrières, Bussy-le-Château, la Neuville-aux-Bois (Marne).
943. — Verdun (Meuse); la Neuville-aux-Bois (Marne).

et terciam partem VI falchatarum prati ad Pontem subtus Sanctam Manehuldim, et terciam partem duarum domorum de Sancta Manehulde. Debet gardam, sicut dicit, per mensem secundum cartam suam; scripta tamen dicunt quod debet per sex ebdomadas.

944. — Dominus Nicholaus de *Wamart,* ligius post episcopum Virdunensem, tenet tantum quantum dominus Jocelinus et eodem modo.

945. — Coletus *Dagars*, ligius post dictum episcopum, tenet tantum quantum dictus Jocelinus et modo predicto.

946. — Dominus Petrus de Alva tenet domum de Sancto Medardo, gaaignagium, molinum, stagnum, homines, justiciam, et integre quicquid habet in villa et territorio, et quicquid habet apud Alvam: circiter XX$^{ti}$ libratas terre. Item, tenet apud *Vilers-Marmeri* subtus Sanctum Basolum circiter XL$^{a}$ solidatas terre. De eo tenent sorora sua de *Maiseri*, apud *Cepeavile* XX$^{ti}$ sextarios avene et XX solidatas, et apud Alvam VII libratas terre, III denarios, in assisiis ville; et dominus Herbertus de Dampetra, apud Sanctum Medardum, sextam partem decime. Non debet gardam, ut dicit.

947. — Dominus Girardus de Alva tenet tantum quantum frater suus, dominus Petrus, apud Sanctum Medardum et ultra, quartam partem furni loci, et in banno et justicia et hominibus de Alva tantum. Et tenet ibi furnum, et molendinum et gaaignaigium. Item, tenet apud *Vilers-Marmeri* quantum dictus frater suus. Hec sunt de valore XXX$^{a}$ libratarum. De eo tenent domicella Ysabella de Dampetra terciam partem decime de Sancto Medardo et tres partes furni loci, et Johannes *li Savaiges* XX sextarios avene apud Sanctum Medardum et Alvam.

944. — Wameaux, *f.*, c$^{ne}$ de Belleville; Verdun (Meuse).

946. — Auve, Saint-Mard-sur-Auve, Villers-Marmery; Saint-Basle, abb. détr., c$^{ne}$ de Verzy; Coupéville, Dampierre-sur-Auve (Marne).

947-948. — Auve, Saint-Mard-sur-Auve, Villers-Marmery, Dampierre-sur-Auve (Marne).

948. — Joffridus de Alva, armiger, tenet apud Sanctum Medardum domum de Sancto Medardo cum gaaignagio, homines, justiciam, stagnum unum, XV sextarios avene in redditibus ville et integre quicquid habet ibidem. Item, tenet herberjagium de Alva et integre quicquid habet apud Alvam, tantum scilicet quantum dominus Petrus de Alva tenet ibidem, (et) apud *Vilers-Marmeri* XL solidatas terre. Dominus Herbertus de Dampetra tenet de ipso tantum quantum de domino Petro. Non debet gardam, ut dicit.

949. — Richerus *Baudris*, maritus matris dicti Joffridi, tenet de dote dicte matris domum de Alva et medietatem eorum de Alva que dictus Joffridus nominavit.

950. — Dominus Stephanus *Baaillars de Some-Yevre* tenet quartam partem herberjagii, carrucagii, et hominum, justicie de *Argez*, et decem falchatarum prati de Verreriis, et apud Buxiacum X sextarios avene. Debet gardam sicut dominus Galterus *Baallarz*, frater suus, per annum.

951. — Domina Estachia de *Argiez* tenet, pro dote sua, medietatem eorum que dictus dominus Stephanus nominavit.

952. — Dominus Nicholaus de *Walemeix* tenet domum suam de *Walemeis*, homines suos de *Walemeis*, XX[ti] sextarios avene, L solidos annuos in dicto loco de dono regis, et dimidium modium bladi apud *Orbain-Val* in grangia de Caladia. Debet respondere, de garda, dominica. Debet gardam per dimidium annum. Item, de alio feodo, tenet apud *Walemeiz* XXVII sextarios avene. Et debet tria homagia et dixit tamen pro duobus.

948. — Voyez à la page précédente.
949. — Auve (Marne).
950. — Sommeyèvre, Argers, Verrières, Bussy-le-Château (Marne).
951. — Argers (Marne).
952. — Valmy ; le Vieil-Orbéval, f., c[ne] de Gizaucourt (Marne); Lachalade (Meuse).

---

1 L'article devait à l'origine finir avec cette phrase que la suivante avait dû faire rayer

Mater domini Nicholai predicti habet, pro dote sua, medietatem dictorum viginti sextariorum avene et L. solidos.

953. — Dominus Renaudus de *Nuevile* tenet, ratione liberorum suorum, domum suam de *Buygnipont*, prata, terras, boscos, aquas, homines, et unum molendinum et integre quicquid tenet apud Sanctam Manehuldim, excepta quadam parte cujusdam decime quam tenet, ut dicit, de domino Eirardo de *Syveri*, ad valorem LX libratarum annuatim. Item, tenet apud *Auve* partem decime et tertiam partam decime in vinea regis. Dominus Nicholaus de *Walemeis* tenet de eo duas falchatas prati in communia. Dominus Odo de Asperomonte de ipso tenet quicquid habet in decima de *Sarnay* grossa et minuta. Relicta Milonis Prepositi, Odierna, tenet de eo quicquid habet in decima Sancti Manehuldis, de feodo Sancti Remigii. Orricus de *Sarnay* tenet de ipso sex sextarios bladi in decima Sancte Manehuldis. Ipse Renaudus et frater ejus tenent predicta que dominus Thomas *li Remusez* tenuit, pro quibus debebat gardam per annum. Et quilibet recognoscit se debere exinde gardam per dimidium anni.

954. — Theobaldus de *Nuevile* tenet, ratione hereditatis uxoris, filie domini Thome *le Remusei*, integre quicquid habet apud Sanctam Manehuldim, excepta parte decime quam tenet de domino Erardo de *Syverey*, valoris circiter XL$^{a}$ libratarum terre. De eo tenet Henrietus *li Horliez* quicquid habet in decima de *Fellecourt*. De garda debet tantum quantum dominus Renaudus de *Nuevile*. Et, apud *Urbein-Val*, dimidium modium bladi vel de dominio vel de retrofeodo.

955. — Domina Hodierna de *Broux* tenet carruca-

953. — La Neuville-aux-Bois?; Bignipont, f,, c$^{ne}$ de Chaudefontaine; Sivry-sur-Ante, Auve, Valmy (Marne); Apremont (Meuse); l'abbaye de Saint-Remy de Reims, Cernay-en-Dormois (Marne).

954. — La Neuville-aux-Bois ?, Sivry-sur-Ante; Felcourt, h., c$^{ne}$ de la Chapelle; le Vieil-Orbéval, f., c$^{ne}$ de Gizaucourt (Marne).

955. — Braux-Sainte-Cohière ou Braux-Saint-Remy, Sommesous (Marne).

gium suum quod fuit domini Vilani de *Soumesaut*. Non debet gardam ut dicit.

Item, tenet dicta Hodierna domum suam de *Broux*, corveias ville et XXX[a] jornalia terre. Valoris sunt centum solidatarum terre.

956[1]. — Dominus Petrus *d'Elyse* tenet domum suam *d'Elise* fortem cum duobus carrucagiis, et integre quicquid habet tam in dicta villa quam in finagio ejusdem, et etiam furnum, et etiam quicquid habet apud *Verrieres* in hominibus, justiciis, censibus, pratis et aliis, et etiam quicquid habet in hominibus et censibus apud Sanctam Manehuldim et in aliis quibuscumque : circiter LX[a] libratas terre vel plus. De ipso tenet domina Helvidis de Materna, soror sua, apud *Coupeau-Vile*, *Syverei* et *Verrieres*, IIII[xx] sextarios bladi in terragio et aliis. Galcherus et Baltholomeus, fratres sui, tenent de ipso apud *Antre* et apud *Syverei* quicquid ibidem habent : circiter IIII[xx] libratas terre, exceptis sexta parte mortui nemoris et quatuor masuris que movent de domino de Dampetra. Jaqueminus de *Clermont* tenet de ipso, apud Verrerias, circiter XXV sextarios bladi. Debet custodiam per duos menses.

957. — Dominus Gervasius de Vienna tenet LX solidatas terre in furno de *Florence*. Debet gardam VI ebdomadas.

958. — Dominus Petrus de *Vonc* tenet XX sextarios avene apud Buxiacum et domum suam castri Sancte Manehuldis. De ipso tenet, apud *Cortisot*, dominus Terricus Sancti Hylarii quicquid habet ibidem. Debet gardam per septem ebdomadas.

956. — Elize, Verrières; Marne-la-Maison, h. détr., c[ne] de la Chaussée; Coupéville, Sivry-sur-Ante, Verrières, Ante, Dampierre-le-Château (Marne); Clermont-en-Argonne (Meuse).

957. — Vienne-le-Château, Florent (Marne).

958. — Voncq (Ardennes); Bussy-le-Château, Courtisols, Saint-Hilaire-le-Grand ? (Marne).

1 Ici commence la seconde bande du rôle de Sainte-Menehould.

959. — Dominus Thomas de *Bouclenay* tenet domum suam de *Bouclenay*, et homines sanctuarios, et bannum, et justiciam, et *sauvemant de Bouclenay*, et XX jornalia terre arabilis, et septem solidos census vel circiter, valoris XXX libratarum annui redditus. Debet gardam per tres menses.

960. — Dominus Thomas de *Walemeyx* tenet domum suam fortem de *Walemeyx*, et unam quarrucatam terre, et unum hominem, et quicquid habet apud *Walemeix*, exceptis XXXII jornaliis terre. Et ex hoc debet duo homagia.

961. — Johannes, filius domini Thome de *Walemeix*, tenet medietatem eorum que pater suus nominavit et debet facere aliud homagium cum fecit jam unum.

962. — Bertrandus de *Manre*, ex parte filie domini Walteri de *Soumaigne*, tenet C solidos in bursa. Debet gardam VI ebdomadas apud Sanctam Manehuldim.

963. — Jacomminus *d'Argiez*, burgensis de Sancta Manehulde, tenet medietatem molendini de *Argiez*, et terragia sua que habet in eodem loco, tali conditione quod, si ipse vel heres suus subterfugerent dominium regis, rex saisiret hec omnia tanquam sua. Item, tenet domum suam de *Argiez*, et quartam partem domus que quondam fuit domini Gypuini, et XLIIII arpenta terre et nemoris in eodem loco, et octavum furni, et X sextarios bladi in decima loci, — preter partem suam quam habet in eadem decima, — et molendinum de *Wargemolin*, et aquam *d'Argiez* et quicquid emit a Guioto de Dampetra super Alvam. Item, tenet de alio feodo quicquid emit a vocato de *Braux*; de hiis vel aliquibus istorum habet litteras regis, ut dicit. Dominus Gypuinus debebat per annum gardam, super quibusdam istorum de quibus habet dictus Jacomminus

959. — Bouclenay, vill. dép., c^ne de Souain (Marne).
960-961. — Valmy (Marne).
962. — Manre (Ardennes); Soumaigne (Meuse).
963. — Argers, Wargemoulin, Dampierre-sur-Auve, Braux-Saint-Remy (Marne).

quartam partem. Hec omnia sunt de valore circiter XXXV libratarum terre. De garda debet respondere.

964. — Gaufridus de *Syverei*, — sicut Bartholomeus, ejus gener, et *Heuchaniaux*, serviens ejus, jurati, dixerunt, — tenet terragium de *Sivri*, et duas partes decime, et homines et caruagium suum, preter XVI jornellos. Et tenet prata, et stapnum, et tegulariam et nemora, preter sextam partem nemoris mortui. Johannes Mutus et Malus Clericus tenent de ipso apud *Sivri* X sextarios frumenti, et X siliginis et XVI avene. Domina Nicholaa, soror sua, tenet de ipso, apud *Sivri*, XXVI sextarios per modium; Jacobus de Sancto Germano, duodecimam partem decime de *Syvri;* domina *Hélluis* de Sancto Germano, terciam partem decime de *Syvri;* domina Aalidis, duodecimam partem decime; *Percevaux*, gener ejus, duodecimam partem decime. Debet gardam per duos menses.

965. — Dominus Simon de *Soume-Yevre* tenet domum suam de *Boncort*, et carrucagium, et nemus quod est ante domum. Et possunt valere circa decem libras per annum, sicut dixit pro eo Bartholomeus, frater suus. Negat gardam.

966. — Dominus Milo de Sancto Amando, — sicut Gruellus, ejus serviens, dixit, juratus, — tenet carruquagium suum, et prata sua, et homines suos usque ad V familias hominum, et partem suam in aqua et quicquid tenet apud Dampetram super Alvam, excepta domo. Et de hoc debet duo homagia. Debet gardam per tres menses.

967. — Dominus Milo de Sorceio tenet apud Sanctam Manehuldim, de hereditate liberorum suorum, unum molendinum, domum suam, grangiam, terras, prata, homines suos, et integre quicquid habet ibidem, domum suam de *Jusaucort*, et integre quicquid habet ibidem. Et

964. — Sivry-sur-Ante, Saint-Germain-la-Ville (Marne).
965. — Sommeyèvre ; Boncourt, f., c^ne^ d'Ante (Marne).
966. — Saint-Amand, Dampierre-sur-Auve (Marne).
967. — Sorcy (Ardennes); Gizaucourt (Marne).

sunt de valore VII$^{xx}$ libratarum terre. Et apud Sanctam Manehuldim debet stagium continuum.

968. — Dominus Hugo *Chiennez* Sancti Germani tenet XXXI sextarios bladi apud *Mainfroicort* et apud *Walemeys*, et VI solidos census in dictis locis.

969. — Dominus Henricus de *Weilemont* tenet domum suam fortem de *Weilemont*, et quicquid habet in villa de Capella et in ejus appendiciis. Dominus Thomas de *Walemeix* tenet de ipso quicquid habet in molendino de Capella, Richerus *Baudris* domum suam et terras de Capella et quicquid habet in dicto molendino, *li Gros* de Buxiaco quicquid habet in eodem molendino, *li Mueaux* de Sancta Manehulde quicquid habet in eodem.

970. — Dominus Anselmus, vocatus de Braux, de escasura domini Jupyni tenet X sextarios avene in redditibus de Buixiaco, et III falchatas prati apud Verrerias, et totum feodum dicti Jupyni. Debebat gardam per annum. De quo tenet dictus Anselmus solummodo predicta. Debet etiam gardam per duos menses de feodo de Pringei.

971. — Domicella Agnes, de ballio liberorum suorum, tenet quartam partem herberjagii hominum et justicie de Argiez, et medietatem XL sextariorum avene qui fuerunt domini Gypuini: circiter XV libratas terre. Feodum debet gardam per annum.

972. — Erardus de Planchis, armiger, tenet domum de Planchis, terras, prata, nemus, aquas: circiter LX libratas terre. Item, tenet apud *Auve* id quod emit a domino Petro *d'Auve:* circiter IIII libratas terre. Rex ei concessit in augmentum sui feodi.

973. — *Jehannez de Severi*, armiger, tenet de escasura

968. — Saint-Germain-la-Ville, Maffrécourt, Valmy (Marne).
969. — Voillemont, la Chapelle, Valmy, Bussy-le-Château (Marne).
970. — Braux-Saint-Remy, Bussy-le-Château, Verrières, Pringy (Marne).
971. — Argers (Marne).
972. — Les Planches, f., c$^{ne}$ de Dommartin-la-Planchette; Auve (Marne).
973. — Sivry-sur-Ante, Saint-Germain-la-Ville, Passavant, Aulnay-l'Aître, Cernay-en-Dormois (Marne).

avunculi sui unam domum et unum carucagium valoris XV libratarum terre. De hoc habet litteras regis. Debet gardam apud *Passavant*. Plegii de rachato: dominus Villanus de Alneto et Oudardus de Sarnaio.

974. — Domina Poncia, relicta domini Balduini de *Cuysmi*, tenet de dote et ballio, apud *Montois*, C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

975. — Perrotus, filius domini Emerrici Monachi, tenet apud *Manfrecourt* terras: circiter XII libratas terre.

976. — Dominus Th. de *Hans* tenet apud *Cortisout*, et *Mellete*, et Crucem, et *Laval*, id quod ibi habet.

977. — Robertus de *Hans*, armiger, tenet de rege apud *Cortisout* XIIII solidos census; apud *Mellete* XIII denarios census; apud Crucem II sextarios avene et IIII solidos census; apud Mainillos, terciam partem magne et parve decime, et terciam partem furni, et XXVIII denarios census et terciam partem corveiarum; apud Sanctum Johannem-*à-Laval*, L quartarios avene, duas gallinas, duos ansereg, duos denarios; apud *Walemés*, L quarterios siliginis et avene, et XI gallinas, et redditum dominis Dudonis; apud *Soume-Suippe*, XIII quarterios bladi; et apud Pontem et Calidum Fontem, XII^cim falcatas prati. Debet gardam apud *Passavant*, ut dicit, per tres menses. Ballivus dicit quod eam debet per sex menses.

978. — *Poinçonnez de Hans* tenet de rege partem eorum que Robertus de *Hans*, frater suus, tenet. Et debet gardam apud *Passavant* per tres menses.

979. — *Poinçonet de Hans*, filius domini Th., tenet de rege VII libratas terre quas pater suus emit de alodio

974. — Cohémy, h., c^ne de Faverolles (Marne); Monthois (Ardennes).

975. — Maffrécourt (Marne).

976. — Hans, Courtisols; Melette, f., c^ne de Lépine; la Croix-en-Champagne; Laval (Marne).

977. — Hans, Courtisols; Melette, f., c^ne de Lépine; la Croix-en-Champagne; Maigneux, ff., c^ne de Valmy; Saint-Jean-sur-Tourbe, Valmy, Somme-suippe, la Neuville-au-Pont, Chaudefontaine, Passavant (Marne).

978-979. — Hans, Passavant (Marne).

et posuit in feodo regis. Rex dedit ei denarios, ita quod debet gardam apud *Passavant* per tres menses.

980. — Domina *Beliarz*, relicta domini Th. de *Hans*, que debebat ponere in feodo regis XV libratas terre, posuit XIIII solidos census apud *Cortisout*, XIII denarios apud Meletam, apud Crucem duos sextarios avene, et IIII solidos census apud Menillos, X jornellos terre et sextam partem decime de Menillis, et corveias, et partem furni, et censum et XXVIII denarios census apud Sanctum Johannem super Turbam, L quarterios avene et II gallinas apud *Walemés*, L quarterios bladi per medietatem et XI gallinas apud Summam *Suippe*, XIII quarterios avene apud Pontem et Callidum Fontem XII falcatas prati et id quod Petrus de *Courtisout* habebat apud Menillos. Debet gardam apud *Passavant* per sex menses.

981. — Ludemardus, filius Ade Monachi, tenet de hereditate patris apud *Braux* domum, terras, corveias. Non debet gardam ut dicit.

982. — Hugo Diabolus, miles, tenet de rege de dote uxoris sue, relicte domini Balduini de *Corbier*, apud *Montis* quicquid ibi habet.

983. — Domina de Castro Portuensi tenet de dote quicquid ibi habet.

984. — Dominus Gilo, dominus Castri Portuensis, tenet Castrum Portuense cum a[ppen]d[iciis] jurabile et reddibile. Debet rachatum.

985. — Stephanus Bos, civis [re]men[sis], tenet apud *Aussonce* vinagium, furnos de *Aussonce* et de Nova Villa,

980. — Hans, Courtisols; Melette, f., c^ne de Lépine; la Croix-en-Champagne; Maigneux, ff., c^ne de Valmy; Saint-Jean-sur-Tourbe, Valmy, Sommesuippe, la Neuville-au-Pont, Chaudefontaine, Passavant (Marne).

981. — Braux-Sainte-Cohière ou Braux-Saint-Remy (Marne).

982. — Monthois (Ardennes).

983-984. — Château-Porcien (Ardennes).

985. — Anssonce, la Neuville-en-Tourne-à-Fuy (Ardennes); Saint-Médard, l'une des deux anciennes paroisses de Pontfaverger (Marne); Méry, h., c^ne de Chuffilly (Ardennes).

X libratas terre parisiensium, et denarium de Pasca, XIIII libratas ....., apud Sanctum Medardum XVI libratas terre. Gauterus de Meriaco tenet de ipso X libratas terre. Totum XL libratas terre parisiensium.

986. — Domina H. *d'Albegni,* relicta domini Johannis Dou...., tenet de dote et ballio domum fortem de *Albigni* et XX libras in bursa apud Pruvinum.

987. — Relicta Mileti de *Vouy* tenet apud *Argiez* et *Buxi*..... Debet gardam per sex eddomadas.

988. — Relicta domini ..... de dote et ballio, salva ligeitate comitis Barri et comitis Grandis Prati.

---

# XIX

## FEODI DE SANCTO FLORENTINO

989. — Johannes, filius domine *Dameron de Laçon*, tenet apud Meriacum *lou Serveus* id quod habet ibi : circiter XXV libratas terre. Debet gardam apud Sanctum Florentinum per mensem.

990. — Dominus Johannes de Marcelliaco tenet apud *Parreci* domum, nemus, census, justiciam : circiter XXX libratas terre. Domina Emenjardis tenet de ipso, apud *Parreci*, circiter sex libratas terre. Dominus Robertus de *Parreci* et sororia sua tenent ibidem LX solidatas terre.

986. — Provins (Seine-et-Marne).
987. — Argers, Bussy-le-Château (Marne).
988. — Bar-le-Duc (Meuse) ; Grandpré (Ardennes).

---

989. — Lasson, Méré (Yonne).
990. — Marcilly-le-Hayer (Aube) ; Percey, Seignelay, Saint-Florentin (Yonne).

*Jaqui(n)s de Salenoi* tenet de ipso ibidem IIII libratas terre. Viaria Sancti Florentini tenet de ipso, in foresta, circiter XXVI arpenta nemoris.

991. — Guillelmus de *Flaci*, juratus, tenet apud *Turni*, ex parte uxoris sue, circiter X libratas terre.

992. — Domina Emengardis de *Racines* tenet apud *Turni*, ex parte matris sue, X libratas terre in terris arabilibus. Non debet gardam, ut dicit.

992 *bis*. — Miletus de Mainillo, juratus, tenet apud Sanctum Florentinum, in aquis, pratis, censu: circiter C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

993. — Dominus Godinus de *Floegni*[1] tenet apud Sanctum Florentinum, ex parte matris sue, circiter XL solidatas terre in stallis ville, et, apud *Sommetren*, X solidatas terre. Item, tenet apud *Croutes* XX solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

994. — Dominus Milo de *Linant* tenet apud *Booloi* homines, terras, censum, justiciam: circiter XX libratas terre. Non debet gardam.

995. — Dominus Iterus de *Sontour*, juratus, tenet domum fortem de *Sontour*, et quicquid in ipso loco habet: circiter IIII$^{xx}$ libratas; et apud Sanctum Florentinum et apud *Sourvanne* circiter XX libratas terre. Miletus, frater ejus, tenet de ipso apud *Sourtour* circiter XL libratas terre. Alii duo fratres ejus tenent de ipso circiter L libratas terre. Soror sua tenet de ipso X libratas ibidem. Dominus Gilo de *Sontour* tenet de ipso X libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

991. — Flacy, Turny (Yonne).
992. — Racines (Aube); Turny (Yonne).
992 *bis*. — Mesnil, h., c$^{ne}$ de Courtaoult (Aube).
993. — Flogny, Soumaintrain (Yonne); les Croûtes (Aube).
994. — Linant, h., c$^{ne}$ de Turny; Boulay, h., c$^{ne}$ de Neuvy-Sautour (Yonne).
995. — Sautour, vill. réuni à Neuvy-Sautour (Yonne); Survanne, h., c$^{ne}$ de Chessy (Aube).

1 On avait d'abord écrit : « Dominus Godinus de Sancto Florentino, »

996. — Dominus Petrus de Foresta tenet, apud Erviacum et *Chaissi*, homines : circiter XL vel L solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit. De castellania Erviaci est [1].

997. — Domina Margareta de *Boolli*, jurata, tenet apud *Parreci*, de hereditate sua, circiter IIII libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

998. — Galcherus de Mellegniaco, filius domini Galcheri de Mellegniaco, — sicut Johannes *Morvant*, serviens ipsius pueri, dixit [2], — tenet castrum de Mellegniaco jurabile et reddibile cum pertinenciis, — circiter C et XX libratas post mortem noverce sue, pro se et fratribus suis, — et apud Capellam XL libratas terre, et apud Benam XL libratas terre, pro se et fratribus suis. Domina de *Coullanz* tenet de ipso unum modium frumenti et XL solidatas apud Benam. Dominus Iterus de Brocia tenet de ipso domum fortem de *Mellegni* cum pertinenciis : circiter LX libratas terre. Simonis *(sic)* de *Courferaut* tenet de ipso apud *Vielli* et *Ligneroles* XL libratas terre, et dominus *Boutauz* de Lineriis apud *Vielli* et *Lignelores (sic)* XXX libratas terre, et pueri defuncta *(sic) Taullai :* XV libratas terre apud Capellam. Et relicta domini Guidonis de Mellegniaco tenet domum de Bena cum pertinenciis : circiter IIc libratas terre. De garda dixit se nescire. Item, domus de *Ponchi* est de feodo regis et non dixit serviens istud, et tamen est de feodo sicut scripta testificantur et scripta dicunt.

996. — La Forêt, h., c^ne^ d'Auxon ; Ervy, Chessy (Aube).

997. — Bouilly, Percey (Yonne).

998. — Maligny, la Chapelle-Vaupeltaigne, Beine (Yonne) ; Conflans, f., c^ne^ de Villeseneux (Marne) ; la Brosse, h., c^ne^ de Montfey (Aube) ; Couffraut, f., c^ne^ de Villefranche ; Villy, Lignoreilles (Yonne) ; Lignières (Aube) ; Poinchy (Yonne).

---

1 Cet article a été biffé par cette raison, évidemment, que le fief de Pierre de la Forêt était de la châtellerie d'Ervy et non de celle de Saint-Florentin.

2 Il y a en cet endroit, dans l'original, un *quod* que nous avons cru devoir retrancher.

999. — *Perrins de Clari*, armiger, juratus, tenet apud *Chéu* domum fortem cum pertinencis : circiter L libratas terre post mortem sororie sue. Dominus Guarinus de *Monciaux* (tenet) de ipso, apud *Chéu* et *Vergegni* et *Germeni*, circiter LX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1000. — *Guioz* de Nuevilla tenet, apud *Chéu*, domum cum pertinenciis : circiter XVI libratas terre.

1001. — Dominus Johannes de Sellegniaco tenet, ex parte doarii uxoris sue, castrum de Mellegniaco cum pertinenciis, — circiter C libratas terre, — sicut dominus Matheus de *Turgi* dixit pro eo. Domina Regina de Mellegniaco tenet de ipso apud *Mellegni*. Retrofeodos debet nominare infra Purificationem [1].

1002. — Domina Isabella de Germeniaco, jurata, tenet domum suam de Germeniaco, terras, justiciam cum pertinenciis : circiter VIII libratas terre. Non debet gardam.

1003. — *Henriez de Nueviz* tenet apud *Nuefviz* quicquid tenet apud *Nueviz* tam domum quam alia, — circiter XXX libratas terre, — et pro fratre suo, minoris etatis, XXX libratas terre. Soror sua tenet de ipso XV libratas terre. Gaufridus *Tupins* tenet de ipso decimam partem de *Courceles*. Non debet gardam, ut dicit. Item, tenet apud *Germegni*, ex parte matris sue, terras, homines [2].

1004. — *Robins de Germegni*, armiger, juratus, tenet apud *Germeni* domum, terras, homines : circiter C soli-

999. — Cléry (Aube) ; Chéu ; Monceau-de-Villiers, h., c^ne de Soumaintrain ; Vergigny, Germigny (Yonne).

1000. — Chéu (Yonne).

1001. — Seignelay, Maligny (Yonne) ; Turgy (Aube).

1002. — Germigny (Yonne)

1003. — Neuvy-Sautour ; Courcelles, h., c^ne de Neuvy-Sautour ; Germigny (Yonne).

1004. — Germigny (Yonne).

---

1 Cet article a été biffé.

2 Cette dernière phrase a été barrée.

datas terre. Isabella, soror sua, tenet de ipso partem suam. Non debet gardam, ut dicit.

1005. — *Gauterins de Germeni*, juratus, tenet apud *Germeni* terras, homines : circiter C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1006. — Dominus Gaufridus de *Cussengi*, juratus, tenet apud *Parreci*, homines, terras : circiter VIII libratas terre. Non debet gardam.

1007. — Johannes de Sancto Florentino, armiger, juratus, tenet domum fortem de Sancto Florentino jurabilem et reddibilem, et quicquid tenet apud Sanctum Florentinum et in castellania, et pedagium quod de gratia recipitur apud Verginiacum. Item, tenet domum de *Jauges* cum pertinenciis et cum nemoribus : circiter ducentum libratas terre. Item, tenet de alio homagio furnum de *Jauges*. Dominus Petrus *Chosiaux* tenet de ipso apud Germiniacum circiter XXX libratas terre, *Perrins Brittauz* apud *Germeni* IIII libratas terre, dominus Dionisius de *Vilefiens* dimidium modium avene, et dominus Salo de *Vaujardin* unam vineam ad Campum Giberti, et dominus Godinus de *Floegni* domum suam et dimidium foreste sue, et Stephanus *Putiers* quicquid tenet apud Mainullum et in pertinenciis. Residuum et gardam debet nominare infra Purificationem. Item, dominus Petrus de Sancto Florentino tenet de ipso unum pratum et unam peciam.

1008. — Vicecomitissa de Joigniaco tenet terciam partem minagii de Sancto Florentino, terciam partem census de *Chanemerou* et stallorum Sancti Florentini, et septimam partem nundine ante Ascensionem, sicut *Roollous* dixit. De garda scripta dicunt quod debet eam per tres menses.

1009. — Dominus Guillelmus *Hurez*, juratus, tenet apud *Lammes* a via de *Venisi* que tendit versus *Chanlot*,

1005. — Germigny (Yonne).
1006. — Cussangy (Aube); Percey (Yonne).
1007. — Vergigny, Jaulges, Germigny, Flogny (Yonne).
1008. — Joigny (Yonne).
1009. — Lames, h., c^ne de Venisy; Venisy, Champlost (Yonne); Vaussemain, h., c^ne de Sommeval (Aube); Vaumort (Yonne).

et a via que descendit a domo leprosorum ad pontem *d'Ovire*, et a ponte usque ad *Lammes*, res contentas in dictis locis, exceptis quibusdam censivis, et quicquid habet apud *Lammes*, preter quasdam censivas. Tenet de rege circiter X libratas terre in quibus Johannes, frater ejus, et Guillelmus de *Vaucemen*, sororius ejus, et Johannes de *Sauvisi*, et *Perrins Gelez*, sororii sui, et Guillelmus de *Vaumort*, sororius eorum, tenent de ipso partes suas. Non debet gardam.

1010. — *Guioz de Sormeri*, juratus, tenet.

1011. — Dominus Johannes de *Sellenai* tenet, de doario uxoris sue, castrum de *Mellegni* cum pertinenciis : circiter C libratas terre. Dominus Girardus de *Chablies* tenet de ipso feodo XV libratas terre vel plus, Guillelmus *d'Erbloi* L libratas vel plus, dominus Renardus *d'Ourmoi* C solidatas *ou plus*, domina Emengardis de *Varannes* C solidatas vel plus, domina Regina de *Mellegni* C solidatas vel plus, *Huguenins de Sarci* X libratas vel plus, filius domini Guillelmi *lou Buegue* C solidatas vel plus, dominus Petrus de Sancto Florentino C solidatas *ou plus*, dominus Milo de *Flai* XXX libratas vel plus, dominus Jacobus de *Crusi* C solidatas vel plus.

1012. — Herardus de *Racines* tenet, de ballio puerorum domini Iteri de *Racines*, apud *Booloi*, homines, justiciam, et id quod ibi habet, — circiter XV libratas terre, — et usuarium in foresta Sancti Benedicti, ut dicit. De garda dixit quod non debet.

1013. — Johannes de *Ravon* tenet, apud *Germeni*, circiter VI libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1014. — Phillippus de Planceio, clericus, tenet de escasura fratris sui domini Theobaldi, apud *Buignon*, et apud *Chéut* et apud Corcellas, in hominibus, terris, circiter

1010. — Sormery (Yonne).

1011. — Seignelay, Maligny, Chablis ; Arblay, h., c^ne^ de Cudot, ou Arblay, h., c^ne^ de Neuilly ; Ormoy, Varennes, Fley, Cruzy (Yonne).

1012. — Racines (Aube) ; Boulay, h., c^ne^ de Neuvy-Sautour (Yonne).

1013. — Germigny (Yonne).

1014. — Plancy (Aube) ; Beugnon, Chéu ; Courcelles, h., c^ne^ de Neuvy-Sautour ; Sautour, vill. réuni à Neuvy-Sautour (Yonne) ; Marigny-le-Châtel (Aube).

LXVIII libratas terre. Dominus Iterus de *Sontour* tenet de ipso, apud *Sontour*, nescit quid. Dominus Garnerus de Marigniaco et dominus Andreas *d'Orgena.*, plegii de rachato. Aliud homagium suum, de hereditate sua, debet dicere.

1015. — Guido de Novilla tenet, apud *Chaü*, XV libratas terre.

1016. — Phillippus, (.....[1]) domini Galcheri de Sancto Florentino, ligius ante omnes, tenet domum de *Jauges*, cum omnibus pertinenciis. Dominus Petrus de Foresta tenet, apud *Sommetren* et apud Villam *Merderel*, quicquid ibi habet. Et Iterus de *Racines* quicquid ibi habet. Dominus Guido *li Begues* et tres alii tenent de ipso, apud *Chaü*, quicquid ibi habent. Non debet gardam, ut dicit. De feodis debet respondere.

1017. — Jacobus de *Chablies*, armiger, tenet de hereditate uxoris sue, apud *Parreci*, X libratas terre et quicquid ibi habet. Non debet gardam, ut dicit.

1018. — Guillelmus, vicecomes Joogniaci, tenet de rege quicquid habet apud Sanctum Florentinum et in finagio. Debet gardam per duos menses.

1019. — Phillippus de Sancto *Eullien* tenet, de hereditate uxoris sue, apud *Turni* quicquid ibi habet, et salvamentum de Sancto Stephano juxta *Arcies*.

1020. — Emenjardis de *Racines*, relicta Hugonis de *Parez*, tenet apud *Turni* circiter VIII libratas terre. Item, de alio homagio tenet, apud Sanctum Stephanum de *Barbuise*, quicquid ibi habet. De garda debet respondere.

1015. — Chéu (Yonne).

1016. — Jaulges (Yonne); la Forêt, h., c^ne^ d'Auxon (Aube); Soumaintrain (Yonne); Villiers-Praslin, Racines (Aube); Chéu (Yonne).

1017. — Chablis, Percey (Yonne).

1018. — Joigny (Yonne).

1019. — Saint-Eulien (Marne); Turny (Yonne); Saint-Etienne-sous-Barbuise, Arcis-sur-Aube (Aube).

1020. — Racines (Aube); Turny(Yonne); Saint-Etienne-sous-Barbuise (Aube).

---

1 Il manque évidemment un mot ici. La rédaction primitive était : *Dominus Galcherus de Sancto Florentino.*

# XX

## FEODI DE SEZANNIA [1]

1021. — Stephanus de Sancto Lupo, miles, juratus, tenet apud Montem *Espereeur*, ex parte uxoris sue, terras, homines, redditus, terragium, et in oscis et terragio finagii de *Raschieres* quartam partem, et in villa de *Montespereeur* sex hostisias. Et hec cum hominibus in locis vicinis estimat X libratas terre. Debet gardam, sed nescit quantum [2]; Galterus de Puteis, pater uxoris sue, debuit.

1022. — Ogerus de Bordis, miles, ligius, juratus, tenet apud *Cuedes* domum, terras, homines, justiciam, et censum de Barbona et de *Faiel*, et nemus Sancti Medardi, et tres modios avene apud *Nuelli* castrum, et nemus, terras de Amillico, et unum modium bladi in terragio de Villariis, et XX arpenta prati apud Pontes: circiter IX$^{xx}$ libratas terre. *Ernous de Montangleaut* tenet de ipso domum *dou Corbier* et quedam alia que ibi habet. Domina Eustachia de *Noue-Courte* tenet de ipso id quod habet apud Villariis:

1021. — Saint-Loup, Montépreux; Puits, h. détr., c$^{ne}$ d'Etrechy (Marne).

1022. — Les Bordes, h., c$^{ne}$ de Beautheil (Seine-et-Marne); Queudes, Barbonne, Fayel (Marne). La forêt de la Traconne, qui s'étend surtout sur les communes du Meix-Saint-Epoing, Saudoy, Barbonne, Fontaine-Denis, Chantemerle, la Forestière et Bricot-la-Ville (Marne); Neuilly-Saint-Front? (Aisne); Amillis, Villiers, h., c$^{ne}$ de Beautheil; Montanglaust, h., c$^{ne}$ de Coulommiers; le Corbier, h., c$^{ne}$ de Jouy-le-Châtel (Seine-et-Marne); Nouecourte, vill. détruit (voyez la note 162); Moulin-Grognard, m$^{in}$, c$^{ne}$ de Saints; la Motte, anc. chât., c$^{ne}$ de Maisoncelles, au canton de Coulommiers (Seine-et-Marne).

---

1 Ce rôle est écrit sur trois bandes de parchemin.

2 Ces trois derniers mots ont été barrés.

circiter I modium bladi. *Thiebauz Rabert* tenet de ipso, apud *Grougnart*, partem suam molendini de *Grougnart*. *Thiebauz Boullens* tenet de ipso, ad Planchias, terras: circiter XL solidatas terre. Relicta domini Renaudi *des Haies* tenet, juxta Motam, circiter XII solidatas terre.

1023. — Guillelmus de Grangia, miles, absens erat et dominus Milo, frater ejus, dixit pro ipso, quod tenet criagium de Sezannia, et homines *aubenés*, et alios homines suos, — ut credit idem Milo, — et domum de Mercato que fuit patris sui, et partem census, et plateam juxta halam; residuum debet nominare. Filia domini Thome de Sanciaco tenet de ipso id quod tenet apud Moram: circiter X libratas terre. Domina de *Craudon* tenet de ipso prata apud Moram: circiter LX solidatas terre. Residuum idem Guillelmus nominabit. De garda, dixit quod debet custodiam.

1024. — Milo de *Bouleiges*, miles, ligius, juratus, dixit quod tenet domum suam de *Maussengi*, homines suos, justiciam, et quicquid habet apud *Maussengi*, et eciam homines sanctorum, et custodiam eorum preter terras arabiles, et justiciam quam habet in grangia monachorum de Cella et in prioratu de Cella racione justicie de *Massengi*, — circiter X libratas terre, — et hoc est unum homagium. Apud *Champevrart* et Sanctum Quintinum tenet, de alio homagio, terras arabiles et homines IIII libratas terre. De garda dixit se nichil scire.

1025. — Petrus de *Sentou*, miles, juratus, tenet duos sextarios avene apud Grangias. Huetus de Menillo tenet de ipso id quod habet in villa de Menillo et in aqua de

1023. — La Grange-aux-Bourgeois? f. détr., c^ne de Lachy (Seine-et Marne); Sancy, canton de Villiers-Saint-Georges (Seine-et-Marne); Mœurs; Crodon, f. détr., c^ne de Sézanne (Marne).

1024. — Boulages (Aube); Marsangis, la Celle-sous-Chantemerle; Champévrard, loc. détr., aux environs de Sézanne; Saint-Quentin-le-Verger (Marne)

1025. — Saint-Oulph (Aube); Granges-sur-Aube; Ménil, h., c^ne de Granges-sur-Aube (Marne); l'Aube, rivière, affluent de la Seine; Villiers-aux-Corneilles, Thaas (Marne).

Alba : circiter X libratas terre. Dominus Aubertus de Villariis tenet de ipso id quod habet apud *Tast:* circiter XV libratas terre. Petrus *dou Solier*, presbiter, (tenet) de ipso id quod habet apud Grangias.

1026. — Gilo de *Laçon*, miles[1], ligius, juratus, tenet domum suam de Capella de *Laçon*, et LX arpenta terre, et XXIIII solidos census, et gallinas, et X sextarios in terragio. Non debet gardam ut dicit.

1027. — Gaufridus de Grangiis, armiger, ligius, juratus, tenet apud Grangias super Albam domum suam de Grangiis, partem furni, censum, redditus : circiter XL libratas terre. Gilo *Niffarz* tenet de ipso, apud *Tast*, circiter XX libratas terre. Filius Iteri de *Soissi* tenet de ipso, apud Grangias, octo libratas terre. Petrus *Chuppez* de *Sanci*, miles, tenet apud *Saron* XX solidatas terre. Guillelmus de *Chermoi*, armiger, tenet apud *Soissi* XXX solidatas terre. Debet gardam per duos menses.

1028. — Relicta Hugonis de Grangiis, jurata, tenet apud Grangias, in nemoribus, hominibus, aquis, justicia,— circiter XXX libratas terre, —de doario mariti sui. Uxor Nicholai de Capella tenet de ipsa, apud *Tast*, C solidatas terre. Debet gardam per sex eddomadas, ut dicit, et secundum antiqua scripta debet per tres menses.

1029. — Domina *Aaliz de Cuegni*, ligia, jurata, tenet de doario mariti sui XXX sextarios bladi in terragio de *Champ-Guion*. De garda nichil scit.

1026. — Lasson, loc. englobé par la Chapelle-Lasson ; la Chapelle-Lasson (Marne).

1027. — Granges-sur-Aube, Thaas, Soyer (Marne); Sancy, canton de Villiers-Saint-Georges (Seine-et-Marne) ; Charmoye, h., c^ne^ de la Celle-sous-Chantemerle (Marne).

1028. — Granges-sur-Aube, la Chapelle-Lasson, Thaas (Marne).

1029. — Champguyon (Marne).

1 On avait d'abord écrit *armiger* qui, même après la substitution du mot *miles*, n'a pas été effacé.

1030. — Gaufridus, filius Theobaldi *dou Boscheel*, tenet domum fortem *dou Boscheel* cum porprisio, terras, nemus, prata, censum, et apud *Gondelet* sex arpenta, et apud *Damboin* XIII arpenta : circiter XV libratas [1] terre. Thomas *dou Boscheel* tenet de ipso domum suam cum porprisio, terras, censum : circiter XII libratas terre. Dominus Martinus tenet de ipso apud *Boscheel* domum suam, terras, censum : circiter C solidatas terre. Girardus de *Chanoi* tenet circiter sex libratas terras (*sic*) in loco predicto. Guillelmus de Bosco tenet de ipso, apud *Sanci* et apud *Courmorin*, LX solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1031. — *Perrins de Chattellons*, armiger, juratus, tenet apud *Chatellons* XX arpenta terre et prati, et V solidos census, et quintam partem in duabus familiis hominum, et octo sextarios bladi in redditu, et quintam partem in herbergagio defuncti Gaufridi. Non debet gardam, ut dicit.

1032. — Domina Maria, relicta Villani de Verziaco, militis, tenet quicquid tenet apud Pernascum, terras, vineas, prata de hereditate sua, — circiter XL libratas terre, — et apud *Verzi* de doario suo et de escasura domine sue, et id quod habet apud *Treffoux* : circiter L libratas terre.

1033. — Guillelmus *Pacarz de Villers*, armiger, ligius, juratus, tenet domum suam de *Villers*, homines, terras, justiciam, et homines de Sezannia et de *Soogni* et, undecumque sint, circiter XX libratas terre. *Robins d'Egremont* tenet de ipso unum modium bladi in terragio et in parrochia de *Treffoux*. Guiotus de *Fontenai* tenet de

1030. — Le Boschet, h. uni à Saint-Martin-du-Boschet ; Gondelot ; Chanoy, h., c^ne de Cerneux ; Sancy, canton de Villiers-Saint-Georges (Seine-et-Marne).

1031. — Châtillon-sur-Morin (Marne).

1032. — Verdey, Epernay (Marne).

1033. — Villers, h., c^ne de Verdey ; Soigny, Trifols ; Launay, h., c^ne du Meix Saint-Epoing ; les Essarts-lès-Sézanne ; Saint-Remy (Marne) ; Eclance (Aube) ; Reuves (Marne).

1 Le ms. porte *arpenta*, ce qui est un lapsus manifeste.

ipso, apud *Soogni*, circiter IX libratas terre ex parte uxoris sue. Filius domine Guidonis de Alneto tenet, apud Essartos, LX solidatas terre. Relicta domini Guillelmi de Sancto Remigio tenet, apud Sanctum Remigium, unum furnum et sex familias hominum : VIII libratas terre. Dominus Guillelmus *d'Esclance* tenet domum unam, apud Sezanniam, de Calceia. Miletus de *Revres* tenet, apud *Soogni*, XIIII sextarios bladi in grangia Guillelmi *Pacart*. Debet gardam per duos menses.

1034. — Dominus Oddo de Brecis, juratus, tenet domum fortem de *Chattellons*, et id quod habet apud Broceium Magnum, et apud Fraxinum, et apud Menillum, et Soissiacum, et Villam Novam, et Broceium Parvum, et *au Tou*, et partem suam nemorum de Brecis, et quicquid tenetur de ipso in nemoribus predictis, et homines foraneos in castellania de Sezannia.

1035. — Galcherus *Courberanz*, miles, ligius, juratus, tenet *au Recoude*, de doario uxoris sue, usuarium nemoris in Gaudo, terras, partem terragii de Gaudo, homines, justiciam, redditum : circiter X libratas terre. Domina Florencia de Girondia tenet de ipso, apud *Soogni*, IX libratas terre. Girardus de Clauso tenet, apud *Soogni*, circiter sex libratas terre. Debet gardam per XL dies.

1036. — Dominus Galterus de *Lachi*, juratus, tenet domum suam cum jardino, et terras suas, et quicquid habet apud *Lachi* : circiter XX libratas terre. Debet gardam apud *Lachi*, nescit quantum.

1034. — Broyes ; Châtillon, ch. détr., c^ne^ de Courjeonnet ; Broussy-le-Grand ; le Frêne, f., c^ne^ de Broussy-le-Petit ; le Mesnil, h., c^ne^ de Broussy-le-Grand ; Soizy-aux-Bois, la Villeneuve-lès-Charleville, Broussy-le-Petit ; le Thoult (Marne).

1035. — La Recoude, h., c^ne^ du Gault ; la forêt du Gault, comprise dans les finages du Gault, Morsains, de Champguyon, Charleville, les Essarts-lès-Sézanne et la Noue ; le Gault, Soigny ; Clos-le-Roi, h., c^ne^ de Charleville (Marne).

1036. — Lachy (Marne).

1037. — Johannes de *Tegicourt*, miles, ligius, juratus, tenet domum suam de *Tegicourt*, et usu(a)gium de Gaudo, vineas, majorem partem terrarum, prata, nemus de Minuto Bosco cum Rocheto Emelini, terragia, censivam de *Montcoupet* et de *Courceles*, et minutos census bladi, avene et gallinarum de *Montcoupet:* omnia, pro majori parte, circiter LXXX libratas terre. Frater ejus tenet de ipso medietatem nemorum predictorum, et vineas suas et partem suam de censiva de *Montcoupet*. Ansellus de Meriaco, miles, tenet de ipso IX libratas in censiva de *Montcoupet*. Debet gardam per XL dies vel apud Sezanniam vel Pruvinum, et melius credit quod apud Pruvinum.

1038. — Filiastre Galcheri *Courberant*.

1039. — Domina *Aalès de Damboin*, ligia, jurata, tenet de doario et ballio puerorum suorum, apud *Damboin*, domum suam, terras, terragium commune, homines, hospites, censum, justiciam : circiter XV libratas terre. Item, tenet de alio homagio apud *Vile-Novete*, de hereditate sua, hospites, justiciam, terragium: circiter XL solidatas terre. Dominus Simon de *Damboin* tenet de ipsa terras, sed nescit quantum. Non debet gardam [1]. Dominus Milo de *Gastins* tenet de ipsa partem suam apud *Vile-Novete*. Margareta *la Vitesse* tenet de ipsa, prope *Damboin*, terras : nescit quantum.

1040. — Dominus Johannes de *Courgivout*, miles, ligius, juratus, tenet domum suam de *Courgivout*, terras, nemus, justiciam, prata et quicquid ibi habet : circiter LX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1037. — Tigecourt, f.; Montcoupot, h., c^ne de Montmirail ; Courcelles, h., c^ne de Montmirail (Marne). La forêt du Gault, voyez la note 1035 ; Provins (Seine-et-Marne).

1039. — Gastins (Seine-et-Marne); Villelouette, h., c^ne de Saint-Ron (Marne).

1040. — Courgivaux (Marne).

1 Le ms. ajoute ici *quantum*, ce qui n'a aucun sens.

1041. — Domina de Noa tenet domum de Noa, justiciam, VIII$^{xx}$ (arpenta) nemoris, XII$^{xx}$ arpenta terre, modium bladi in terragio homines, census, costumias, — circiter IIII$^{xx}$ libratas terre, — et apud *Cham-Guion* XII sextarios terragii, censum, — LXX solidatas terre, — apud *Moreins*, homines, censum, terragium : circiter XIII libratas terre. Domina Florentia tenet de ipsa duo arpenta vinee, XL solidatas terre et debet gardam per tres menses. Item, de alio homagio, de doario suo apud Plessetum cum pertinenciis, L libratas terre. Debet gardam apud Virtutum per annum et diem.

1042. — Dominus Johannes de Moncellis, ligius, juratus, tenet domum suam fortem de Moncellis. Non debet gardam, ut dicit.

1042 *bis*. — Dominus Galterus de *Montenil*, ligius, juratus, tenet usuagium de Gaudo et homines suos de *Montenil* et, apud Fontanas, homines : XII libratas terre. Item, tenet de hereditate uxoris sue, apud Cellam sub Cantumerula, homines : XII solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1043. — Dominus Guido de *Craudon* tenet domum de *Craudon* cum porprisio et molendino, et terram de Vico Medio, et terram de Sancto Remigio, et quicquid tenebat dominus Robertus, quando factus fuit miles, in allodium, et XX sextarios avene apud Waudum ad veterem mansuram et XX solidos in theloneo de Sezannia.

1044. — Domina Margareta *d'Ogicourt* tenet domum suam *d'Ogicourt* cum porprisio, et usuarium de Gaudo, — ut dicit, — et unam brociam continentem sex arpenta. Debet gardam per XL dies.

1041. — La Noue, Champguyon, Morains-le-Petit; le Plessis, h., c$^{ne}$ de Vertus ; Vertus (Marne).

1042. — Montceaux-lès-Provins (Seine-et-Marne).

1042 *bis*. — Montenils (Seine-et-Marne); Connigis (Aisne); la Celle-sous-Chantemerle (Marne).

1043. — Crodon, f. détr., c$^{ne}$ de Sézanne ; Saint-Remy ; le Gault (Marne).

1044. — Hochecourt, h., c$^{ne}$ de Mécringes (Marne). La forêt du Gault, voyez la note 1035.

1045. — Miletus de *Courtenou*, armiger, juratus, tenet unam familiam, et V arpenta terre apud *Jaci*, et terragium, et censum de Campo Guidonis, que estimat LXX solidatas terre.

1046. — Simons de *Reuvres* tenet homines suos de *Escaarde :* circiter XL solidatas terre.

1047 [1]. — Guillelmus de Bosco, armiger, juratus, tenet domum suam de Bosco, et IX arpenta nemoris circa Nemus, et XL arpenta terre, et apud Campum Guidonis, et apud *Treffoux* XXXII solidatas terre et duo arpenta prati. Non debet gardam, ut dicit.

1048. — Milo de *Montbleru*, miles, juratus, tenet domum de *Linieres*, et quicquid ibi habet, et usuarium suum in nemore de Gaudo tribus diebus in eddomada ad branchas et semel in anno duos fagos, et fratres sui tenent de ipso apud *Linieres* partem suam, et totum estimat XXX libratas terre. Debet gardam per duos menses.

1049. — Domina Emelina, relicta Leterici de Sancto Martino, militis, tenet domum suam de *Mesoncelles*, terras, censum, reditum, usque ad valorem circiter XV libratarum terre. Dominus Henricus *Courreciez* de *Cormorin* tenet de ipsa, apud *Mesonselles*, X libratas terre. Dominus Petrus *Chupez* tenet de ipsa in finagio de *Mesoncelles* VI libratas terre. Letericus de *Baleines* tenet de ipsa nescit quid. Dominus Milo de *Baleines* tenet de ipsa nescit quid. De garda dicit se nichil scire.

1045. — Courtenot, h., qui s'étend sur les deux communes de Saint-Martin-du-Boschet (Seine-et-Marne) et de Réveillon (Marne); Champguyon (Marne).
1046. — Reuves (Marne).
1047. — Champguyon, Tréfols (Marne).
1048. — Montbléru, h., c^ne de Neuvy; Lignières, f., c^ne de Joiselle (Marne).
1049. — Saint-Martin-du-Boschet; Maisoncelles, canton de Villiers-Saint-Georges; Baleine, f., c^ne de Maisoncelles (Seine-et-Marne).

1 Ici commence la seconde bande du rôle de Sézanne.

1050. — Dominus Guillelmus *dou Blicor*, miles, tenet domum suam *dou Blicor*, et quicquid habet *au Blicor* citra aquam versus Pruvinum, et quicquid habet apud *Seuz* et apud Castellionem, usque ad valorem IIII$^{xx}$ libratarum terre. Dominus Gilo de *Vilegruis*, sororius ejus, tenet de ipso *au Blicor*, et apud *Seuz*, et apud Castellionem : circiter XXX libratas terre. Item, Johannes de *Fontenelles* tenet de ipso, apud *le Blicor*, circiter XXX libratas terre. Ut dicit, non debet gardam.

1051. — Dominus Johannes de Bordis tenet domum suam de Sezannia, et quicquid habet apud Sezanniam, et apud *Creaudun*, et prata *de la Creaudun :* circiter XV libratas terre. Tenet eciam homines suos et custodiam hominum ecclesiarum : IIII libratas terre. Item, apud Amillicum, LX$^{ta}$ arpenta terre. Item, tenet de hereditate uxoris sue, apud Segiacum in castellianna Meldensi, circiter XII$^{cim}$ libratas terre de alio homagio. Debet gardem Meldis per sex setimanas. Renaudus *Bocet* tenet de ipso domum suam de Monte Godefridi et, in eodem loco, circiter XL$^{ta}$ libratas terre.

Item, Theobaldus *Bouleins* tenet de ipso, justa leprosiam de Challiaco, circiter XVI$^{cim}$ libratas terre, quod femina de Amillico tenet de ipso in parrochia de Amillico, XL$^{ta}$ solidos census. Item, Baudetus de *Lines* tenet de ipso, apud Bellam Tilliam, XL$^{ta}$ arpenta terre.

1052. — Domina Emelina de *Retornelo* tenet domum suam de *Retornelou*, in parrochia *d'Esternai*, terras, reditum : circiter XX$^{ti}$ libratas terre. Domina Agnetis de *Retornelo* tenet in eodem loco de ipsa X$^{cem}$ libratas terre. Johan-

1050. — Bricot-la-Ville (Marne) ; Provins (Seine-et-Marne) ; Seu, h., c$^{ne}$ de Châtillon-sur-Morin ; Châtillon-sur-Morin (Marne) ; Villegruis (Seine-et-Marne) ; Fontenelles ? (Aisne).

1051. — Les Bordes, h., c$^{ne}$ de Beautheil (Seine-et-Marne) ; Crodon, *f.* détr., c$^{ne}$ de Sézanne (Marne) ; Amillis ; Ségy, h., c$^{ne}$ de Quincy-Ségy ; Meaux, Chailly-en-Brie, Beautheil (Seine-et-Marne).

1052. — Retourneloup, h., c$^{ne}$ d'Esternay ; Esternay ; la Charmoye, h., c$^{ne}$ de la Celle-sous-Chantemerle (Marne).

nes, armiger, de *Retornelou*, tenet de ipsa in eodem loco ... [1] libratas terre. Item, domina Agnes et gener suus tenent de ipsa, in eodem loco, C solidatas terre. Item, Johannes de Chermeia, armiger, tenet de ipsa ad Chermeiam nescit quid. Non debet gardem ut dicit.

1053. — Dominus *Aden*, miles de Lacheio, tenet molendinum suum de Lacheio et terras : circiter XX libratas terras (*sic*). Et dominus Garnerus de *Foussi* tenet de ipso, racione de doto uxoris sue, circiter XX libratas terre. Item, Philipus *Desirrée* tenet de ipso, apud Caro(li)villam, circiter C solidatas terre. Debet gardam apud Lachiacum.

1054. — Theobaldus de Lacheio, armiger, tenet apud Lacheium : circiter X libratas terre. *Ermangart*, soror sua, tenet de ipso apud Lachiacum C solidatas terre.

1055. — Theobaldus de *Danboen*, filius servientis, qui adhuc non fecit homagium, debet tenere a rege de hereditate uxoris sue, apud *Danboem*, circiter X libratas terre. Milo de *Danbon* tenet de ipso, apud *Danboen*, circiter VIII^to^ libratas terre. Et dominus Symon de *Danboen* tenet de ipso hebergagium et tria jugera terre. *Marcheande* de Nigella tenet de ipso XXVI denarios census et terragium trium arpentum (*sic*) terre.

1056. — Johannes de Alneto, juratus, tenet domum de *Verdi*, terras, prata, vineas, justiciam : circiter XXV libratas terre de dote uxoris sue et de ballio puerorum et, post mortem domine de Verdiaco, excadanciam. Dominus Villanus de Verdeio tenet de ipso, apud *Verdi*, XXV libratas terre. Dominus Johannes, frater ejusdem Villani tenet

1053. — Lachy, Charleville (Marne). — Philippe Désirrée a donné son nom au manoir de Désiré, c^ne^ du Gault (Marne).

1054. — Lachy (Marne).

1055. — Nesle-la-Reposte (Marne).

1056. — Launay, h., c^ne^ du Meix-Saint-Epoing ; Verdey ; Mécringes, Réveillon (Marne).

1 Le chiffre est couvert par un pâté.

XXV libratas terre de ipso. Dominus Herveus de *Mesclinges* et dominus Hugo de *Rivellon* tenent de ipso, apud *Verdi*, L libratas terre. Non debet gardam ut dicit.

1057. — Petrus de *Courpalai* tenet domum suam de *Nuefviz*, ex parte uxoris sue, et XXVIII arpenta nemoris *en l'Espoisse-Auberée*, et circiter XII arpenta terre in territorio de *Jaci* et in oscis de *Nuefviz*, et XL arpenta nemoris in nemore de Brecis de dono regis. *Perrins de Champ-Gueffier* tenet de ipso id quod habet apud *Champgueffier* cum retrofeodis. — Nescit valorem. Non debet gardam ut dicit. Dominus Johannes Panceti de Charmeia tenet, de ipso, id quod tenebat de Petro de *Poutangi* apud Foleteriam et apud *Montgeraut*.

1057 *bis*. — Dominus Garnerus de *Foissi*, juratus, tenet apud Lachiacum avenam, censum : circiter XX solidatas terre.

1058. — Oddetus *Courberanz* tenet, apud Montem *Espereur*, X libratas terre.

1059. — Dominus Guillelmus de *Treslouc* tenet ex parte uxoris sue stapnum, molendinum, justiciam, homines apud Sanctum Saturninum et escasuram domini Roberti de Sezannia. Non fecit adhuc homagium.

1060. — *Jehannins* de Faineriis tenet apud Erbiciam unum modium avene in terragiis, XXVIII denarios census.

1061. — *Jehans de la Mote de Poncancin* tenet *au Recoude*, ex parte uxoris, domum, terras et quicquid habet in parrochia de Gaudo : circiter XII libratas terre post mortem noverce sue. Huetus, filius ejus, tenet de

1057. — Courpalais (Seine-et-Marne); Neuvy, Broyes (Marne); Champgueffier, ch., c^ne^ de la Chapelle-Iger (Seine-et-Marne); la Charmoye, h., c^ne^ de la Celle-sous-Chantemerle; Potangis, la Forestière, Montgenost (Marne).

1057 *bis*. — Lachy (Marne).

1058. — Montépreux (Marne).

1059. — Tréloup (Aisne); Saint-Saturnin (Marne).

1060. — Fagnières (Marne); Herbisse (Aube).

1061. — La Motte, ch. détr. (?), à Pocancy; la Recoude, h., c^ne^ du Gault; le Gault; Soigny; Clos-le-Roi, h., c^ne^ de Charleville (Marne).

ipso ibidem et totidem, et domina Florentia apud *Soogni* circiter XVI libratas terre, et *Felippons Desirrée* XX sextarios in terragio de Gaudo, et Renaudus *dou Recoude* apud *Recoude* XII libratas terre, et Girardus de Clauso apud *Soogni* XVI libratas terre. Non debet gardam ut dicit.

1062. — Guido, castellanus Montis Ymeri, tenet de doario uxoris sue, et de ballio apud Bannam, L sextarios bladi et XII solidos census annui redditus. Non debet gardam ut dicit.

1063. — Guillelmus de Monte Felici tenet, apud Bannam, XII solidos census et XL[a] sextarios bladi annui redditus.

1064. — Johannes de *Courgivout* tenet apud *Courgivout* quicquid ibi habet. De garda debet respondere.

1065. — Dominus Gilo de Sancto Lamberto tenet homines sanctuarios de *Wyaviz*.

1066. — Dominus Ogerus de *Engleure* tenet domum fortem de *Engleure*, et furnum, et brolium, et duas familias hominum, et id quod mater sua tenet apud Mainillum et *Massengi* et apud *Warce*, et vineam de *Nuisi*. Clericus de *Baudemant* tenet de ipso apud *Soisi* et apud *Baudemant*. *Baboille* tenet de ipso prata. Dominus Henricus de *Tooni* tenet de ipso, apud Vitriacum Villam, et apud *Baudemant*, et apud *Souderon*, XX familias hominum et LVIII jornellos terre. Dominus Aubertus de Plesseto tenet de ipso, in castellania de Vitriaco, nemus Sancti Remigii. Dominus Petrus de Sancto Germano tenet de ipso, apud *Baudemant*, prata. Item, tenet apud *Baudemant* et apud *Maussengi* quicquid ibi habet, et apud Alemanchiam.

1062. — Mont-Aimé, ch. détr., c[ne] de Bergères-lès-Vertus; Bannes (Marne).

1063. — Montfélix, ch. détr., c[ne] de Chavot; Bannes (Marne).

1064. — Courgivaux (Marne).

1065. — Saint-Lambert (Ardennes).

1066. — Anglure; le Mesnil, h., c[ne] de Granges-sur-Aube; Marsangis, Vouarces, Nuisy, Baudement, Togny-aux-Bœufs, Vitry-la-Ville, Soudron; le Plessis, h., c[ne] d'Orconte; Saint-Germain-la-Ville, Allemanche (Marne).

1067. — Dominus Johannes *Barrez* de Sezannia tenet custodiam turris et id quod habetur pro custodia turris, et apud *Conantrel* illud quod emit a domino Guidone de Barro : circiter XX libratas terre. Et sunt dua homagia.

1068. — Dominus Galcherus de Brecis, clericus et canonicus Remensis, tenet terciam partem escasure domini Odonis, fratris sui. Dominus Leo de Sezannia, plegius de rachato.

1069. — Alius clericus, frater suus, tenet tertiam partem escasure domini Odonis, fratris suus (*sic*). Leo de Sezannia, plegius de rachato.

1070. — Dominus Hugo de Brecis tenet terciam partem escasure domini Odonis, fratris sui. Dominus Leo de Sezannia, plegius de rachato [1].

1071. Item, dominus Ogerus de *Angleurre* tenet apud *Massangi* circiter XV libratas terre, et apud *Baudemant* terras, prata, piscariam et quicquid ibi habet. Quidam armiger tenet de ipso terciam partem molendini de Alemanchia [2].

1072. — Dominus Guillelmus de Dameriaco, clericus, tenet in parrochia de *Nefviz*, in blado et molendino, XL solidatas terre.

1073. — *Guioz de Lohan* tenet apud *Nuefvid* C solidatas terre. Non debet gardam ut dicit.

1074. — *Jehannez* de Amilico tenet, apud *Courgivout*, XL solidatas terre. De garda debet respondere.

1075. — Dominus Ansellus de Triangulo tenet, apud

1067. — Connantray (Marne).
1068-1070. — Broyes (Marne).
1071. — Anglure, Marsangis, Baudement, Allemanche (Marne).
1072. — Damery, Neuvy (Marne).
1073. — Louan (Seine-et-Marne); Neuvy (Marne).
1074. — Amillis (Seine-et-Marne); Courgivaux (Marne).
1075. — Trainel (Aube); Esternay (Marne); Soligny-les-Etangs (Aube).

1 Cet article a été barré.
2 Cet article a été biffé.

*Esternai*, quicquid ibi habet de duobus homagiis. Et sciendum est quod quicumque tenet feodum apud *Esternai* debet illud tenere de domino Campanie in capite.

Item, tenet de tercio homagio apud *Sollegni* quinquaginta libratas terre de dono Droconis de Triangulo.

1076. — Dominus de Maregniaco tenet, apud *Esternai*, quicquid ibi habet.

1077. — Johannes de *Charmoi*, armiger, tenet de rege apud Campum Lungum XVI sextarios bladi per medium, et in crastino Natalis, duo sextarios avene, et IIII$^{or}$ ....., et IIII fouacias, et XXVI solidos census apud Foleteria(m), VIII sextarios bladi per medium, et XXX solidos census apud *Damboen*. Tenet de ipso..... Charmeia quicquid ibi habet. Non debet gardam ut dicit.

1078[1]. — Dominus Galterus de Sancto Dionisio.

1079. — Dominus Galterus de Sancto Dionisio, ligius, tenet de escasura matertere sue apud *la Noe* domum, et nemus, — circiter IIII$^{xx}$ arpenta, — et terras arabiles, — circiter VII$^{xx}$ arpenta, — et medietatem ville usque ad cheminum quod partitur feodum regis et feodum Garneri, et medietatem terragiorum que sunt de feodo regis, et medietatem justicie et medietatem herbergagii. Dominus Hyterus de *Soutour* et Herbertus de Noa plegii de rachato.

1080. — Dominus Johannes de *Vaus*, ligius, tenet de escasura materteræ sue, apud *la Noe*, domum et nemus, — circiter IIII$^{xx}$ arpenta, — et terras lucrabiles, — circiter VII$^{xx}$ arpenta terre, — et medietatem ville usque ad

1076. — Marigny-le-Châtel (Aube); Esternay (Marne).

1077. — Charmoye, h., c$^{ne}$ de la Celle-sous-Chantemerle; Champlong f., c$^{ne}$ de Courgivaux; la Forestière (Marne).

1078. — Saint-Denis-lès-Rebais (Seine-et-Marne).

1079. — Saint-Denis-lès-Rebais (Seine-et-Marne); la Noue (Marne); Sautour, h. uni au village de Neuvy (-Sautour) (Yonne).

1080. — La Noue (Marne); Sautour, h. uni au village de Neuvy (-Sautour), (Yonne).

1 La troisième bande du rôle de Sézanne commence avec l'article 1078.

cheminum quod dividit feodum regis et Garneri, et medietatem terragiorum que sunt de feodo regis, et medietatem justicie et medietatem herbergagii. De garda nichil dicunt. Dominus Hyterus de *Soutour* et Herbetus de Noa plegii sunt de rachato.

1081. — Dominus Petrus *Chupez de Sanci* tenet, de doario uxoris sue, quicquid habet apud Sezanniam et apud *Lavart*, ex parte illorum de *Ruppelonges*. Debet rachatum.

1082. — Isabellis de Grangia, relicta Milonis de Grangia, militis, tenet. Non nominavit feodum suum, quia dominus Leonius debet nominare pro ipsa quod scit melius. Debet rachatum pro hereditate fratris mariti sui, quod excidit filiis suis quos habet in ballio.

1083. Guillelmus de Sancto Quintino, miles, tenet de escasura defuncti Guillelmi de Grangia apud Sezanniam et debet nominare feodum; et debet gardam, sed nescit quantum. Gilo de Sancto Quintino, frater ejus, plegius de rachato. Idem Gilo, frater predicti Guillelmi, tenet de eodem feodo. Dominus Guillelmus de Sancto Quintino, frater ejus, plegius de rachato. Et debet nominare feodum et gardam.

1084. *Gilez* de Sancto Quintino tenet de rege medietatem escasure domini Guillelmi de Grangia.

1085. — Dominus Odo de Villanis tenet domum *d'Ogicourt* cum porprisio de hereditate uxoris sue. Non debet gardam, ut dicit.

1086. — Dominus Brecarum tenet ligie de rege Brecas cum omnibus appendiciis, tam in nemoribus quam aliis,

1081. — Sancy, canton de Villiers-Saint-Georges (Seine-et-Marne); Lava ? m., c^ne de Rieux (Marne); Replonge, h., c^ne de Verdelot (Seine-et-Marne).

1082. — La Grange-aux-Bourgeois (?), f. détr., c^ne de Sézanne (Marne).

1083-1084. — Saint-Quentin-le-Verger; la Grange-aux-Bourgeois (?), f. détr., c^ne de Sézanne (Marne).

1085. — Hochecourt, h., c^ne de Mécringes (Marne).

1086. — Broyes, Peas, Allemant, Linthelles; Saint-Servais, vill., détr., c^ne de Saint-Loup; Saint-Loup, Connantre, Morains-le-Petit, Beaunay, Loisy-en-Brie; Mont-Août, montagne, c^ne de Broussy-le-Grand; Soizy-aux-Bois, Broussy-le-Grand, Bannes (Marne).

et id quod habet apud *Paaz*, et custodiam monachorum cum suis rebus. Item, tenet id quod habet apud *Alemant*, apud *Linteles*, apud *Sent Servais*, apud Sanctum Lupum, apud *Connantre*, apud *Morains*, — preter quasdam terras que sunt ad costumiam, — apud *Biaunai*, et usuagium nemorum de *Loisi* et de la *Commune*, et garannam de *Montavort*, et tres familias hominum de *Soisi* et homines de *Brouci* Magno. Item, tenet Bannam, ex parte uxoris sue, et est unum homagium. Item, tenet de tercio homagio escasuram fratris sui domini Oddonis.

1087. — Domina de Castro *Wuiton* tenet apud Lachiacum XX solidatas terre quos (sic) retraxit de Cresteco Quoco.

1088. — Dominus Guido de Faineriis.

1089. — Johannes, filius domini Castri Villani, tenet castrum Plaiotri et quicquid habet in pertinentiis castri, ex parte uxoris sue.

# XXI

## FEODI DE TRECIS[1]

1090. — Domina *de Villarcel*, jurata, tenet apud Sanctum Georgium et *Orviler* et *Valanz* sex modios avene, de dono comitisse. Item, tenet apud Fontanas et Sanctum Me-

1087. — Château-Hutton, h. et ch. détr., c^ne de Saint-Mards-en-Othe (Aube); Lachy (Marne).

1088. — Fagnières (Marne).

1089. — Châteauvillain (Haute-Marne); Pleurs (Marne).

1090. — Villacerf, aujourd'hui Riancey, c^ne de Saint-Lyé; Saint-Georges, h., c^ne de Vallant-Saint-Georges; Orvilliers, Vallant-Saint-Georges; Souligny; Putigny (?), h. détruit, c^ne de Bayel (Aube); Les marchands de Sens (Yonne).

1 Le rôle de la châtellenie de Troyes est formé de trois bandes.

morium, de doario suo et acquesto, circiter VIII libratas terre. Item, tenet apud Trecas domum de Claiso et peleteriam, et cellarium, et domum retro, et stallum, et furnum in capite clausi[1]. — (Item,) tenet stallum in cambiis Trecarum, et XX solidos census apud *Sullegni*, et quatuor arpenta pascuarum retro domum suam, et terragium de *Petegni*. Residuum debet nominare infra quindenam viginti dierum. Petrus de Claiso tenet de ipsa domum de Gaudo cum omnibus pertinentiis, et duas domos apud Trecas retro peleteriam. Relicta domini Henrici de *Vilercel* tenet de ipsa apud Trecas domum ubi Senonenses vendunt. De garda dixit se nichil scire.

1091. — Dominus Erardus de Rameruco, ultra mare. Dominus Guillelmus de Marchia et magister Guido dixerunt quod tenet apud Ramerucum et in pertinentiis XX libratas terre, de assisia comitisse. Item, tenet apud Trecas, in praeria, C solidatas terre, et familiam Tierrici Piperarii cum rebus eorumdem. Item tenet, ut credunt, Insulas juxta Ramerucum. Domina de Nantholio tenet de ipso *Poivre* et majoriam,— circiter C et XX libratas terre, — et Villam Novam *au Chemin* : circiter IIII$^{xx}$ libratas terre. Comes Grandis Prati tenet de ipso villam de *Magnicourt* cum pertinentiis : circiter L libratas terre. Item, idem Erardus tenet feodos de *Magnicourt* qui non pertinent ad comitem Grandis Prati. Item, tenet apud Trecas domum que fuit Soneti, judei, quam tenet Bernardus de Monte Cuquo. De garda dixit se nescire.

1092. — Dominus Guillelmus de Marchia, juratus, tenet ex parte doarii uxoris sue domum fortem de *Rosson* et

1091. — Ramerupt (Aube); la Marche ?, aujourd' hui Chichey (Marne); Isle-sous-Ramerupt (Aube); Nanteuil-la-Fosse (Marne); Poivre, Villeneuve-au-Chemin (Aube); Grandpré (Ardennes); Magnicourt (Aube); Montcuq (Lot).

1092. — La Marche, aujourd'hui Chichey (Marne); Rosson, h., c$^{ne}$ de Doches; Aillefol, aujourd'hui Gérosdot (Aube); Bray-sur-Seine ? (Seine-et-Marne).

1 Cette phrase a été barrée à l'exception du mot *item* que l'on a conservé pour servir à la phrase qui suit immédiatement.

partem hominum suorum de *Rosson*, et terras arabiles, et prata, et nemus *d'Allefou*,—circiter XXX libratas terre,— et apud Braium C solidatas terre in theloneo vel pedagio. Non debet gardam, ut dixit.

1093. — Dominus Nicholaus de Cremona tenet LX libratas, ad vitam suam, in nundinis Latiniacensibus. Item tenet, ex parte uxoris, in theloneo domorum in quibus Cathalaunenses vendunt et mercatores Ambianenses et mercatores Abbatis Ville et Corbienses, et in theloneo domus Monasterii Celle, et apud *Bousanton*, quartam partem de *Prelou*, et V solidos census apud *Boisanton* et XX solidos census inter Trecas et *Fonvanne*.

1094. — Domina Ermensandis, relicta domini Phillippi de *Fueges*, tenet domum cum dimidio virgulto et cum carucagio. De precio et de garda nichil scit.

1095. — Dominus Guillelmus de *Fueges*, juratus, tenet in *Freval* dimidiam grangiam, et nemus, et terras : circiter X libratas terre. Non debet gardam. Item, tenet de alio homagio, apud *Fueges*, X sextarios, avenas et gallinas in terris ville.

1096. — Johannes *Boiliaue*, armiger, tenet domum suam de Ripparia, terras, et quicquid habet ibidem : circiter XX libratas terre. Guillelmus de *Fueges*, miles, tenet de ipso, apud Braium juxta Insulas, XV libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1097. — Domina Helia de Vaccaria, jurata, tenet quar-

1093. — Cremona (Italie); Lagny-sur-Marne (Seine-et-Marne). Les halles de Châlons, à Troyes, donnèrent leur nom à la rue de Châlons, aujourd'hui rue Paillot-de-Montabert (Corrard de Breban, *Les rues de Troyes anciennes et modernes*, p. 78), on peut consulter utilement, à leur sujet, le livre de feu Bourquelot (*Etudes sur les Foires de Champagne*, t. I, p. 145-146, note). Les marchands d'Amiens, Abbeville, Corbie (Somme). Montier-la-Celle, anc. abb., c^ne^ de Saint-André ; Bouranton (Aube). Préloup, aujourd'hui l'Etang-Mercier, ch., c^ne^ de Villechétif (Aube); voyez Courtalon, *Topogr. histor. de la ville et du dioc. de Troyes*, t. III, p. 71). Fontvannes (Aube)

1094-1095. — Feuges (Aube).

1096. — La Rivière-de-Corps, Feuges ; Braye, h., c^ne^ des Bordes (Aube).

1097. — La Vacherie, h., c^ne^ de Clérey ; Clérey, Ervy ; le Chenoy, h. détr., c^ne^ de Cussangy (Aube).

tam partem molendinorum de *Clari*, et usuarium in nemoribus de Erviaco, pro dictis molendinis, ut dicit. Item, tenet, pro domo sua de Vaccaria, usuarium in nemoribus de Erviaco ut dicit. Item, tenet in villa de *Chanoi* quicquid ibi habet. Item, tenet Trecis censivas retro Sanctum Nicholaum Vinearum Albarum : VIII libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1098. — Domina Isabella de Corjusanis, jurata, tenet de hereditate sua justiciam, et homines albanos, et usuarium nemoris Insularum, — ut dicit, — et terciam partem avenarum que redduntur pro nemore : circiter X libratas terre. Domina Odda, soror sua, tenet de ipsa in eodem loco tamtumdem. De garda dixit se nichil scire [1].

1099. — *Oudinez Piolez*, juratus, tenet quartam partem rivi de la *Renouilliere*, et partem suam justicie in terra sua, et unum jornellum terre. Guiotus, frater ejus, et Maria, soror sua, tenent de ipso, in loco predicto, tamtumdem.

1100. — Dominus Hugo de Lueriis, juratus, tenet homines et justiciam d'*Onjon*, et terras : redditum circiter X libratarum terre. Fratres ejus tenent de ipso furnum de Lueriis, homines, terras apud Luerias et apud *Culoison*, et apud Trecas censivas : que omnia estimat X libratas terre. Soror sua tenet apud Luerias C solidatas terre. Non debet gardam ut dicit. — Item, tenet de ballio filie sue, apud *Montgueur*, medietatem hominum et justicie, et sexaginta arpenta nemoris, terras, coustumias, censivas : circiter XX libratas terre. Bouchardus de Sancto Prejecto tenet de

1098. — Courgeraines, h., c^ne de Buchères ; Isle-Aumont (Aube).

1099. — Le ruisseau « de la Renouillère » n'est peut-être pas différent du Réfroy, affluent de gauche de la Seine, qui passe non loin de la Renouillère, h., c^ne de Saint-Julien (Aube).

1100. — Luyères, Onjon ; Culoison, h., c^ne de Sainte-Maure ; Montgueux (Aube) ; Saint-Pregts, faub. de la ville de Sens (Yonne) ; Villeceaux, ch., c^ne de Jaulnes ; Bray-sur-Seine (Seine-et-Marne).

1 Cet article a été biffé.

ipso, apud *Vilercel* juxta Braium, et Sanctum Prejectum, et apud Braium, circiter XXX libratas terre. Domina Gila tenet de ipso, apud *Montg(u)eur*, unum modium bladi. Anssellus de *Vilercel* tenet de ipso apud *Montgueur* sex libratas terre. Non debet gardam, ut dicit. Et heredes domini Petri de *Montgueur* debent tenere de ipso C solidatas terre in pedagio de Braio.

1101. — Domina Ermengardis de Sancto Stephano, jurata, tenet in coustumiis Sancti Stephani unum modium avene, et septem sextarios bladi super molendina de *Noouroi*, et unum jardinum, et quatuor arpenta terre, et duas familias hominum apud Sanctum Stephanum, et medietatem duarum familiarum *dou Martroi*. Non debet gardam, ut dicit.

1102. — Dominus Johannes de Fontanis, juratus, tenet in Ripparia de *Corp* homines, censum, jardinum et parvam domum, terras, medietatem grangie de *Nerevaus*, nemus et partem terrarum : circiter XX libratas terre ex parte uxoris sue. Non debet gardam, ut dicit.

1103. — Domina Felisia, relicta domini Jacobi de Logia tenet, de doario et ballio, domum de *Praele* cum pertinenciis et gastellariam Trecensem : circiter XX libratas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1104. — Dominus Guillelmus de Roseriis tenet domum suam de Roseriis, terras, prata. homines, justiciam de Roseriis et, apud Trecas, partem suam domorum juxta

1101. — Saint-Etienne-sous-Barbuise, Nozay (Aube); Le Martroy, ancien h. de la c^ne^ de Pouan, mentionné dans l'*Etat sommaire du bailliage de Troyes*, rédigé en 1553.

1102. — La Rivière-de-Corps ; Nervaux, quartier de Troyes dont le nom est conservé dans celui d'une rue de la ville (Aube).

1104. — Rosières (Aube). La commanderie du Temple occupait le n° 3 de la rue dite encore actuellement la rue du Temple, à Troyes (Corrard de Breban, *Les Rues de Troyes anciennes et modernes*, p. 55). Les halles de Douai occupaient dans la Fainerie, actuellement englobée dans la rue Notre-Dame, l'espace compris entre le Temple et l'hôtel du Sauvage, situé vers le coin de *la Corderie*, qui depuis fut connue sous le nom de rue du Sauvage, et enfin sous celui de rue Saint-Vincent-de-Paul (*Ibid.*, p. 50 et 59).

Templum in quibus mercatores de Doayo vendunt, et censum Corderie: que estimat XXX libratas terre. *Thiebaud*, frater ejus, tenet in locis predictis circiter XXX libratas terre, et in parte dicti Theobaldi, mater eorum habet dotem suam. Non debet gardam, ut dicit.

1105. — *Perrinez de Coullaverzi*, armiger, tenet domum fortem de *Coulaverzi*, et homines de *Coulaverzi*, de hereditate patris sui. Item, tenet de hereditate matris sue apud Fulegniis in castellania de Ronasco, domum, terras, nemus, homines, justiciam : circiter L libratas terre post mortem avie sue. Guillelmus *li Bornes de Fulegnies* tenet de ipso, apud *Fulegnies*, tamtumdem terre. De garda dixit se non debere.

1106. — *Perres de Drot* debet tenere quatuor sextarios avene apud Luerias. Non fecit homagium.

1107. — Filius domine de *Douche* debet respondere de feodo suo infra XX dies post Natale.

1108 — Domina *Biatriz de Rumilli*, jurata, tenet de doario domini Oddonis d'*Onjon*. Tenet apud *Ongon* terragia, censum, coustumias : LX solidatas terre. Dominus Petrus de Peantio tenet de ipso, in loco predicto, LX solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1109. — Dominus Milo de *Vougri* tenet de hereditate uxoris sue, apud *Cor*, XL solidatas terre que erant de allodio et reaccepit de rege.

1110. — *Perrins de Clari*, juratus, tenet apud *Creni* terras, censum, justiciam : circiter XXV libratas terre. Item, tenet domum de Clariaco, medietatem molendini de Clariaco, usuagium nemoris ad molendina et domum, ut dicit. Item, posuit in feodum regis homines de *Clari*

1105. — Colasverdey, aujourd'hui Charmont ; Fuligny, Rosnay (Aube).
1106. — Droupt-Saint-Basle et Droupt-Saint-Remy ; Luyères (Aube).
1107. — Doches (Aube).
1108. — Rumilly-lès-Vaudes, Onjon, Payns (Aube).
1109. — Vougrey ; Corps, loc. détruite ?, voisine sans doute de la Rivière-de-Corps (Aube).
1110. — Clérey, Creney (Aube).

sub precio LX solidatarum terre, et tres minas avene in costumiis, et IIII solidos VI denarios census, et VIII jornellos terre ; que omnia emit a domino Petro *Charbonnel*. Item, V solidos census, et III sextarios, III *bichez* avene, et XVIII jornellos terre in finagio de *Clari*; et pro hiis, rex concessit ei usuagium in nemoribus de Insulis.

1111. — Johannes *Fichez de Briel*, juratus, tenet apud Boiacum homines, justiciam, corveias : C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1112. — Dominus Johannes de Sancto Fidolo debet tenere domum de Ripparia, terras, homines et alia, — circiter XXX libratas terre, — de escasura domini Joiberti, fratris sui. Non debet gardam, ut dicit.

1113. — Dominus Gaufridus de *Cussangi*, juratus, tenet apud Trecas partem suam in halis domini Theobaldi de Rouseriis, — circiter LX solidatas terre, — et unam grangiam apud Sanctam Sabinam cum terris: circiter VII libratas terre. Non debet gardam.

1114. — Dominus Adam de Fontetis, juratus, tenet apud Noas juxta Trecas terras, homines, — circiter XX libratas ex parte uxoris sue, — et apud *Vile-Chettif* XL solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit. Et dixit dictus Adam quod dominus Petrus *Putemounoie* tenet de ipso domum suam de Corjusanis et totam villam. Requisitus idem Adam quomodo venit ille feodus, dixit quod dominus Guillelmus de Curia acquisivit illum de domino Menessero de Pougiaco, et de hoc nulli fecit homagium. Requisitus de tempore, dixit quod non est diu. Item, dixit quod Petrus de *Belli* tenet de ipso id quod habet apud *Belli*, sed nescit valorem, et Gilo frater ejus illud quod habet apud *Belli* et Robinus de *Belli* tenet de ipso id quod habet apud *Belli*.

1111. — Briel, Bouy-Luxembourg (Aube).
1112. — Saint-Phal, la Rivière-de-Corps (Aube).
1113. — Cussangy, Rosières, Sainte-Savine (Aube).
1114. — Fontette, les Noës, Villechétif, Courgerennes, Pougy; Belley, h., c^ne de Villechétif (Aube).

1115. — Relicta domini Joiberti de Sancto Fidolo tenet de dote domum de Ripparia, terras, homines et alia : circiter XXX libratas terre. Martinus, armiger, tenet de ipsa apud Rippariam terras : circiter C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1116 — Guillelmus de Curia tenet apud Noas et apud *Pouli*, de dono comitis, circiter XL libratas terre post mortem matris sue, et sorores sue in hiis habent partem suam. Item, tenet apud Trecas in pondere circiter X libratas terre, quinque magis vel minus, de escasura domicelle Emengardis. Tres sorores ejus fecerunt homagium regi.

1117. — Dominus Renardus de *Leceimont* tenet, de ballio liberorum suorum, in domibus quibus vendunt burgenses Cathalaunenses apud Trecas, XX$^{ti}$ solidatas terre. Dominus Milo de *Jaunicort* tenet de eo in dicto loco XXX libratas terre de hereditate sua, et dominus Nicholaus de *Bainne* in eodem loco XXIX libratas terre ex parte uxoris sue. Non debet gardam, ut dicit.

1118. — Johannes de Tullo, armiger, tenet apud *Ongon*, ex parte matris, X libratas terre in quibus nepos suus tenet terciam partem quam tenuit de domino Guidone de *Pougi* qui concessit ei, ut eam reacciperet de rege. De garda nichil dixit.

1119. — Dominus Johannes de Valeriaco tenet, ex parte uxoris sue, domum de *Chenigi* cum omnibus pertinentiis de *Chenigi*, et domum de *Sent-Mumui* cum pertinentiis, et prata et justiciam de Fontanis. Adam de *Vaucharci* tenet

1115. — Saint-Phal, la Rivière-de-Corps (Aube).
1116. — Les Noës, Pouilly, h., c$^{ne}$ de Troyes (Aube).
1117. — Luxémont; Châlons-sur-Marne (Marne).
1118. — Le Thoult (Marne); Onjon, Pougy (Aube).
1119. — Valery (Yonne); Chennegy, Saint-Mesmin, Fontaine-Saint-Georges, Vauchassis, Saint-Martin-de-Bossenay; Chaast, h., c$^{ne}$ de Bucey-en-Othe; Errey, h., c$^{ne}$ de Messon; Villemaur, Fontvannes, Périgny-la-Rose ?, Paisy-Cosdon (Aube); Champguyon (Marne); Messon; Blives, f. et ch., c$^{ne}$ de Savières; Thuisy, h., c$^{ne}$ d'Estissac; Sécheville, loc. détr., c$^{ne}$ de Neuville-sur-Vanne; Pâlis (Aube); Villeceaux, ch., c$^{ne}$ de Jaulnes (Seine-et-Marne); Domprot (Aube).

de ipso XV libratas terre, dominus Stephanus de *Baalli* apud Sanctum Martinum de *Boucenai* XL solidatas terre, et *Gorgez* apud *Chenigi* XL solidatas terre, et Gaufridus de *Charz* apud *Charz* XV libratas terre, et dominus Oddo de *Viviers* apud *Chenigi* et apud *Erri* VIII libratas terre, et *Thiebauz de Vilemor* apud *Chenigi* C solidatas terre, Henricus de *Vilemor* apud *Chenigi* VIII solidatas terre, dominus Balduinus de *Corcilli* apud *Fonvanne* LX solidatas terre, dominus Guillelmus de *Parregné* apud *Fonvanne* XXX solidatas terre, dominus Guillelmus de *Paisi* apud *Chenigi* XX solidatas terre, dominus Renaudus *li Hongres* apud *Fonvanne* XXX solidatas terre, domina Felisia de *Champmenil* apud *Chenigi* L solidatas terre, uxor Johannis de Campo Guidonis apud *Mecon* X libratas terre, domina de *Blives* apud *Fonvanne* VI libratas terre, relicta *Houdoier de Tuisi* apud *Chenigi* L solidatas terre, *Jaquins* de Sicca Villa in terragio de *Paleiz* VIII libratas terre, *Anssiaus de Vilercel*, sextarium de blado et quartum usuagii in nemore, domina de *Damperret* usuagium *des communes de Chenigi*, dominus Johannes de... *eres* XV solidatas terre in pratis de *Sent-Mumui*, prepositus Ville Maurí LX solidatas terre apud *Chenigi* et Sanctum Mammium.

1120. — *Henriez de Rosson* tenet ligie domum fortem de *Rosson*, terras, prata, nemus, planum, quicquid ibi habet preter XII familias hominum, et quicquid habet apud *Alliefou* : circiter C libratas terre in quibus noverca sua habet dotem. Et tenet apud *Mongueur* unam peciam terre, et dicta noverca tenet XVII libratas terre in hereditatem per denarios sui matrimonii. Dominus Fromondus de *Soumessout* tenet de ipso VII$^{xx}$ arpenta nemoris apud *Alliefou*, et terram de *Vilercel*, et illud feodum debet gardam per tres menses. Dominus Johannes de Fontenis tenet

1120. — Rosson, h., c$^{ne}$ de Doches; Aillefol, aujourd'hui Gérosdot, Montgueux (Aube); Sommesous (Marne); Villeceaux, ch., c$^{ne}$ de Jaulnes (Seine-et-Marne); Souleaux, h., c$^{ne}$ de Saint-Pouange (Aube); Mélanfroy, h., c$^{ne}$ de Pécy (Seine-et-Marne); Montsuzain (Aube).

de ipso apud *Soulliaux*, et *Guioz de Meslanffroi* apud *Vilarcel* et *Anssiaux de Vilarcel* apud *Monsusen*. De garda debet respondere.

1121 [1]. — Dominus Theobaldus de *Rousieres* tenet domum de *Rousieres*, et quicquid ibi habet, et vineam que fuit Soneti, judei, quam comitissa dedit ei cum usuagio in nemore de Erviaco.

1122. — Domina de *Durnai*, relicta domini Girardi, tenet de hereditate sua quicquid habet apud Vandoperam cum omnibus pertinenciis: circiter ducentas libratas terre, videlicet Villam Noviam ad Quercum et apud *Wachon-Viller*, et grangiam de Monte Martini cum appendiciis, et apud Menillum Fouchardi, et apud Puteum, et apud *Lonpré* et apud *Tieffren*. Retro(feodos).....[2]

Dominus Hurricus *d'Ormanci* tenet de ipsa apud Menillum Forchardi XXV libratas terre, dominus Renerus de Sancto Sirgo apud Menillum XXV libratas terre, dominus Bartholomeus de Choisolio apud Menillum XXVIII libratas terre, dominus Jacobus de Fosseio apud Menillum XL solidatas terre, Baldoinus de *Mandre (?)* apud *Menil* XL solidatas terre. Dominus Petrus *Barat* et dominus Milo frater ejus tenent de ipsa domum Petri Fauconnarii, et III sextaria frumenti apud *Vilers* et familiam *Violum*. Guillemis (*sic*) et Johannes de Villa super Arciam tenent de

1121. — Rosières, Ervy (Aube).

1122. — Durnay, loc. disparue, c^ne de Vendeuvre (Boutiot et Socard, *Dict. top. du dép. de l'Aube*, p. 61); Vendeuvre, la Villeneuve-aux-Chênes, Vauchonvilliers, Montmartin, Magny-Fouchard, Puits, Longpré, Thieffrain (Aube); Ormancey (Haute-Marne); Magny-Fouchard (Aube); Choiseul, Mandres (Haute-Marne); Villiers-le-Bourg, h. disparu de la c^ne de Villy-en-Trode, mentionné dans l'*Etat sommaire du bailliage de Troyes* de 1553; Ville-sur-Arce, Dolancourt, Payns, Beurey, Dolancourt (Aube); Montcuq (Lot); Mussy-sur-Seine (Aube).

---

1 La seconde bande du rôle de Troyes s'étend de l'article 1121 à l'article 1138.

2 Les mots qui suivaient celui-ci et qui donnaient évidemment la nomenclature des arrière-fiefs (*retrofeodos*) ont été grattés et remplacés par la rédaction que nous publions ci-après.

ipsa ibidem L libratas terre, dominus Gaufridus de *Dolencort* XX libratas terre, dominus Petrus de *Peiens* VII libratas terre, dominus Petrus *la Biarde* LX libratas terre et apud *Burré* X libratas terre, dominus Guido de *Tolencort* X libratas terre, Ogerus de Valle C arpenta nemoris, *Bernarz de Moncul* unam *mantrée de bois*, Guillelmus *Saqueriaus* LX arpenta nemoris, domina *Lore de Muissi* VIII sextaria frumenti, domina Fenicia de *Muissi* IIII sextaria frumenti.

1123. — Dominus Oddo de Claro Monte tenet apud Vandoperam quicquid ibi habet, et apud Menillum Fouchardi, et apud *Lonpré*, et apud Puteum, et apud *Burri*, et apud Villam Noviam : circiter ducentas et XL libratas terre. *Li bastarz de Semoustier*, tenet de ipso apud Menillum C solidatas terre. Dominus Evrardus de *Chierrevi* tenet de ipso in molendino de Vandopera nescit quid. Dominus Johannes de *Brier* tenet, de ipso et de dominis de Vandopera, quicquid habet apud *Brier*. Illi de *Jauvaurri* tenent de ipso usuarium in nemoribus de Vandopera. Debet respondere de garda.

1124. — Domina *Helissanz*, filia domini Galteri de Cappis, tenet vicecomitatus Trecensis partem, et id quod habet apud *Chapes* et apud *Vile-Moren*.

1125. — *Milez de Pougi*, ligius ante omnes, tenet ex parte matris apud Vandoperam domum fortem et partem castri de Vandopera et quicquid ibi habet. Domina d'*Esgrevile* tenet de ipso apud *Tieffren* quicquid ibi habet. Dominus Simon de Averna tenet de ipso apud....[1] Dominus *Bigoz de Larcicourt* et dominus Johannes de *Brier* tenent

1123. — Clefmont (Haute-Marne); Vendeuvre, Magny-Fouchard, Longpré; Puits, c^ne^ de Puits-et-Nuisement; Beurey, la Villeneuve-aux-Chênes (Aube); Semoutier (Haute-Marne); Chervey, Briel (Aube).

1124. — Chappes, Villemorien (Aube).

1125. — Pougy, Vendeuvre, Thieffrain (Aube); Lassicourt, Briel, Chervey, Unienville (Aube); Clefmont (Haute-Marne).

1 Le nom est resté en blanc.

de dominis de Vandopera in quo habent partem suam. Dominus Girardus de *Chierrevi* et dominus Gaufridus de Univilla tenent de ipso et de domino Oddone de Claro Monte.

1126. — Domina de Nantolio tenet de escasura domini Erardi de Rameruco quartam partem. Feodum debet nominare. Plegii de rachato : Johannes de Thorota et Galcherus de Basouchiis

1127. — Dominus Tierricus de *Bievre* tenet de escasura domini Erardi de Ramerruco, quartam partem. Clemens de Alneto scit plegios.

1128. — Filie domini Guillelmi de Curia [1] tenent quicquid habent apud *Savieres* cum pertinanciis. A(n)sellus et mater sua de ipsis tenent.

Item, tenent apud *Poulli*, et apud *Barberi*, et apud Capellam, et apud *Ville-Chetif*, et in domo ponderis de Trecis, et in cordebernaria de Barro super Albam, et domum de Brocia cum pertinenciis, et usuagium in nemore de Herviaco sicut dicunt.

1129. — Dominus Guillelmus de Sailliaco tenet, de escasura Guidonis fratris sui, apud *Bierne*, et apud *Savoie*, et apud Capellam et apud *Evroles*.

1130. — Renaudus de Pougiaco tenet XX$^{ti}$ libratas in bursa. Item, tenet apud *Pougi* et in villis v(i)cinis circiter XXX libratas terre.

1126. — Nanteuil-la-Fosse (Marne); Ramerupt (Aube); Thourotte (Oise); Bazoches (Aisne).

1127. — Bièvre ? (Ardennes); Ramerupt, Aulnay (Aube).

1128. — Savières; Pouilly, h., c$^{ne}$ de Troyes; Barberey-Saint-Sulpice, la Chapelle-Saint-Luc, Villechétif, Bar-sur-Aube; la Brosse, f. détr., c$^{ne}$ de Montaulin (Aube).

1129. — Sailly (Haute-Marne); Bierne, h., c$^{ne}$ de Villemereuil; Savoie, h., c$^{ne}$ de Moussey (Aube); Avrolles (Yonne).

1130. — Pougy, Vauchonvilliers (Aube).

---

1 On avait d'abord écrit : « debet dicere feodos suos infra XV dies. »

Item, tenet Rena(u)dus de *Pougi* ex parte matris, apud *Waucho-Viler*, C solidatas terre. Non debet gardam, ut dicit.

1131. — Dominus de Maregniaco tenet de rege castrum de Maregniaco jurabile et reddibile cum pertinenciis: videlicet Sanctum Flavitum, *Prunoi* et *Echemines* cum pertinenciis, *Oregni*, et *la Bretonnière*, et id quod habet apud *Mesieres*, *Oci*, et *Corbe-Rive*, et stannus de *Marvelles* preter sedem molendini, et domum suam de *la Greve*, et *Cresanci* cum pertinenciis, et id quod habet apud Sanctum Hilarium, et id quod monachi de Sancto Hilario tenent de ipso, et *Geleines*, et voeriam prioris de Pontibus, et ripariam d'*Arduçun*, et id quod canonici Sancti Lupi tenent de ipso. Retro feodos debet nominare.

1132. — Johannes, dominus de Cappis, ligius, tenet de rege castrum de Cappis, et castellaniam, et villam ultra aquam ex parte castri. Item, tenet apud *Courterron* quic-

1131. — Marigny-le-Châtel, Saint-Flavit, Prunay, c^ne^ de Prunay-Belleville; Echemines, Origny-le-Sec, Maizières-la-Grande-Paroisse, Ossey-les-Trois-Maisons; la Grève, h., c^ne^ de Saint-Hilaire; Crancey, Saint-Hilaire, Gelannes, Pont-sur-Seine (Aube). L'Ardusson, rivière, prend sa source près de Marigny et se jette dans la Seine, au-dessus de Nogent. Saint-Loup, abbaye de Troyes, sur l'emplacement de laquelle s'élève aujourd'hui la Bibliothèque publique.

1132. — Chappes, Courteron, Gyé-sur-Seine, Chassenay, Chaufour-lès-Bailly (Aube); Sailly (Haute-Marne); Jully-sur-Sarce, Fouchères, Plancy (Aube); Larrey (Côte-d'Or); Villy-le-Maréchal; Villebertin, ch. et f., c^ne^ de Moussey; Montigny, h., c^ne^ de Lagesse; Doches; la Vacherie, h., c^ne^ de Cléry; Lignières; Foolz, h., c^ne^ de Bourguignons; Villemorien (Aube); Ravières (Yonne); Nevers (Nièvre); Fresnoy, Cléry, Chervey, Montceaux; Chambelin, h., c^ne^ d'Ervy; Chaussepierre, f., c^ne^ de Rumilly-lès-Vaudes; Chemin, h., c^ne^ de Vaudes; Courcelles, h., c^ne^ de Cléry; Courgerennes, h.. c^ne^ de Buchères; Argentolles, h., c^ne^ de Creney; Vaudes, Lantages (Aube); Flacy (Yonne); Saint-Parres-les-Tertres (Aube); Thorey ?, Valery (Yonne); Baire, h., c^ne^ de Saint-Parres-les-Tertres; Cervet, h., c^ne^ de Saint-Léger-lès-Troyes; Rumilly-lès-Vaudes (Aube). La Seine, fleuve. Belley, h., c^ne^ de Villechétif; Villemoyenne; le bois de Faux, c^ne^ de Jully-sur-Sarce; Verrières, Saint-Aventin; le Plessis, h., c^ne^ de Fresnoy; Courtenot, Macey; Saint-Georges, prieuré de l'ordre de Cluny, à Vendeuvre (Aube). *Turpa Villa* est une sorte de traduction latine de *Pute Ville*; Putteville, ancien fief dont le nom s'est conservé dans celui d'un climat voisin de Villemoyenne (Boutiot et Socard, *Dict. top. du dép. de l'Aube*, p. 130); Souleaux, h., c^ne^ de Saint-Pouange (Aube).

quid ibi habet ex parte ecclesie. Item tenet, in vallibus de *Gyé*, *les muyages* et sunt duo homagia, et apud *Corterron* quosdam redditus de quibus non est certus. Dominus Erardus de *Chacenai* tenet de ipso id quod habet apud *Chaufour* in omnibus. Dominus Robertus de Sailliaco tenet de ipso quicquid habet apud Juilliacum, preter *lou Donjon*, et apud *Fouchieres* et apud *Charmeel*. Dominus de Planciaco (tenet) castrum de Planceio cum castellania cum feodis. Dominus Renaudus de *Larri* tenet Villiacum cum appendiciis. Marescalla Campanie tenet Villam *Berten* cum pertinentiis, domina de Montigniaco juxta Jassiam villam de Montigniaco cum pertinenciis, domina de Doschia Doschiam cum pertinentiis, domina de Vaccaria justiciam de Vaccaria, dominus Renerus *Pinau* id quod habet apud Fulcherias, vicecomes de Lineriis id quod habet apud *Foux* et apud Villam *Moren*; dominus de Raveriis castrum de Raveriis, sed reaccepit illud de comitissa Nivernense; dominus Philippus de Freneio XXX solidos in fullonis de Cappis et de nemore de *la Couarde* et domum de Freneio jurabilem et reddibilem, Johannes Grassus domum suam de Cappis et id quod habet apud *Clari*, dominus Achardus de *Chierrevi* id quod habet apud Moncellos, dominus Guido de *Chambellain* id quod habet apud *Chauchepierre*, Guiotus *Jairrons* id quod habet apud *Clari*, Herveus Latro id quod habet apud Cheminum et escasuram domini Thierrici de Courcellis, *Guioz* de Corjusanis id quod habet apud *Argentele* et apud *Waudes*, Simonis *[sic]* de *Lantage* id quod habet apud *Lantage* ex parte furnariorum vel pro furnariis, heredes Hueti *Eschibert* id quod habet apud *Clari*, *Perrins de Clari* domum fortem et justiciam de *Clari*, dominus Guillelmus de *Flaci* id quod habet apud *[Seint-] Parre* in Colle, dominus Teobaldus de Toriaco id quod habet apud *Lantage*, dominus Johannes de *Valeri* id quod habet apud *Baire* et apud *Cervel*, Johannes filius Herberti de *Revot* id quod habet apud *Revot* et apud *Clari*, dominus Johannes de Romeliaco IX jugera terre in finagio de Capis et *Frisous*, dominus Guillelmus *Chaperaus* id quod habet ultra Secanam

ex parti *[sic]* Sancti Lupi, Gilo de *Beli* id quod habet apud Capas et *Clari* et apud *Revot*, Stephanus de *Lousot* id quod habet ex parte uxoris apud *Revot* et *Clari* et usagium nemoris de Villa Media et de Favo et censum de Verreriis et apud Sanctum Aventinum, Petrus de *Beli* id quod habet apud (C)apas et *Revot* et *Clari* et *Plessié*, et dominus Petrus de Nemore id quod habet apud Capas, Remigius de *Courteno* id quod habet in territorio de Capis, domina de Pressiaco medietatem justicie de Vacheria, dominus de Courcellis domum de Courcellis et cursum Secane, dominus Simon de Villa Media id quod habet apud Villam Mediam, Floreta de Messiaco id quod habet apud Caminum et Vacheriam, dominus Robertus de *Chierrevi* apud Sanctum Georgium de Vandopera IIII sextarios avene et IIII sextarios frumenti, domina Regina de *Vandevre* IIII sextarios avene et IIII sextarios frumenti, *Perez de Chapelon* id quod habet apud *Aerondes*, Oddo de Moncellis id quod habet apud Moncellos, domina Margarita de Turpa Villa id quod habet apud *Pute-Ville*, Blanca de *Suillex* id quod habet apud *Suillex* [1], Auberetus filius Menardi qua(s)dam terras apud Capas.

1133. — Dominus Arceiarum tenet de rege ligie Arceias cum appendiciis [2].

1134. — Dominus de Chacenaio tenet *lou Donjon de Chacenai* ubi sunt domus sue, et XII libratas in portis de Barro super Albam, et unam domum et stallum apud Barrum, et aliam domum in qua illi de Belvaco vendunt,

1133. — Arcis-sur-Aube (Aube).

1134. — Chassenay, Bar-sur-Aube (Aube); Beauvais (Oise). Voir la note 1093, sur les halles de Châlons-sur-Marne, à Troyes. Montier-la-Celle, anc. abb., c^ne^ de Saint-André (Aube); Garlande, fief englobé dans Paris au temps de Philippe-Auguste. Laines-aux-Bois, Macey (Aube).

1 On avait d'abord écrit en cet endroit: « dominus Achardus de Moncellis id quod habet apud »; mais cette mention, résultant d'une erreur, a été barrée avant même qu'elle ne fût complète.

2 Cet article a été rayé. On le retrouve dans son entier sous le n° 1147; mais là encore il a été biffé.

et tornetum de Barro. Item, tenet motam Trecensem, et portam Sancti Nicholai, et pedagium sicut antecessores sui habuerunt, et libertatem mote et castelli, et homines suos si veniant forte apud Trecas, et feodum quod dominus Hato tenet apud Monasterium Celle Trecensis, et feodum domini Manasseri de Gallanda apud *Laynes,* et feodum de Maissiaco cum pertinenciis. Scripta dicunt quod debet gardam per annum et ipse negat[1].

1135. — Relicta domini Guillelmi de *Villi* reaccepit de rege quicquid tenet apud Berriacum, et apud *Courcelles*, et in pertinenciis dictorum locorum tali condictione quod, quamcito terra sua veniet ad duos heredes, unus erit homo ligius de dicta terra. Item, reaccepit domum suam de Plesseto et quicquid habet in villa et in pertinentiis de feodo vel de allodio.

1136. — Giletus de *Flon*, armiger, fecit homagium ligium de hereditate uxoris sue. Feodum debet nominare infra XL dies.

1137. — Gaufridus de Sancto Martino, armiger, tenet de rege apud *Creni* terragium, decimam, circiter VIII sextarios bladi et septem solidos census; et istud feodum emit dominus rex a domino Guillelmo de *Rosiers*.

1138. — Dominus Phillippus de *Planci,* clericus, tenet de rege id quod habet apud *Courceles* et apud *Buignon* et in appendiciis.

1139[2]. — Dominus de Rignello tenet de ballio comitatum Brene cum appendiciis; et sunt ibi plura homagia.

1135. — Villy-le-Maréchal; Courcelles, h., c^ne^ de Clérey; le Plessis, h., c^ne^ de Fresnoy (Aube).
1137. — Creney, Rosières (Aube).
1138. — Plancy (Aube); Courcelles, h., c^ne^ de Beugnon; Beugnon (Yonne).
1139. — Reynel (Haute-Marne); Brienne-le-Château (Aube).

1 Ici, le scribe a écrit de nouveau l'article du seigneur de Chassenay avec cette différence, qu'il le nomme *dominus Erardus de Chacenai*. En outre, ce nouvel article ne comprend pas la seconde phrase et la phrase finale, qui suit immédiatement la première, est ainsi conçue: *Negat gardam; scripta dicunt quod eam debet per annum.*
2 C'est ici que débute la troisième bande du rôle de la châtellenie de Troyes.

1140. — Dominus Arceiarum tenet castrum *d'Arcies* cum appendiciis, videlicet id quod habet apud Sanctum *Avort*, et denarios in bursa regis, et apud *Torci* Magnum et Parvum, et apud Sanctum Maussangium, et medietatem de *Vilerer* et de *Martro[i]*, et *à Premier Feit*, et apud Ulmos et apud Sanctum Stephanum. *Jehannins de Saviz* et *Mahiez de Marcelli* tenent de ipso, et uxor Guillelmi de *Pouanz* et dominus Renaudus de Pratis apud Sanctum Stephanum et apud Sanctum Martinum. Uxor domini Phillippi de *Forges* apud Sanctum Stephanum tenet de ipso, et apud Sanctum *Baussange*, et feodum de *Masteil*, et feodum Guioti *Chapon*, et feodum domini Stephani avunculi sui, et feodum Droineti, et feodum domine Helloidis uxoris domini Milonis *d'Ortellon*, et domine Maltildis filie sue, et domini Armarici et fratris sui ; totum apud Arceias. Guido de *Corgisenes*, dominus Petrus *Biarde*, dominus Gaufridus de *Doulancourt*, dominus Petrus de *Feinieres*, tenent de ipso apud *Torci* et *Sanctum Avort*. Dominus Iterus de *Sontor* tenet apud *Arcies*, et uxor domini Jacobi de *Resson* tenet apud *Arcies* et in castellania. Dominus Milo *Pigons* tenet de ipso apud *Fileines* prope Virtutum, dominus Anssellus *li vouez* tenet de ipso apud *Couvrout*, dominus Johannes *Crocarz* apud *Bassangi* et apud Ulmos, Guillelmus de *Bleincourt* apud *Donnema(n)t* et apud *Aunoi*, Guido *de Chane* apud *le Chane*, *Perrez de Viaspre* apud *Arcies*, *Percevas* quicquid habet in castellania *d'Arcies*. Non nominavit feodum domini Guillelmi de Virtuto quod est juxta portam *d'Arcies*: littere sue dicunt quod est unum feodum per se.

1140. — Arcis-sur-Aube, Saint-Nabord; Torcy-le-Grand, Saint-Balsème, h., c^ne^ des Ormes (Aube). Le Martroy, h détr., c^ne^ de Pouan (voyez la note 1101). Premierfait, les Ormes, Saint-Etienne-sous-Barbuise (Aube); Marcilly-sur-Seine (Marne); Pouan; Saint-Martin, h., c^ne^ de Saint-Remy-sous-Barbuise; Mathaux, Ortillon, Arcis-sur-Aube; Courgerennes, h., c^ne^ de Buchères; Dolancourt (Aube); Fagnières (Marne); Torcy-le-Grand et Torcy-le-Petit (Aube); Sautour, h. uni au village de Neuvy(-Sautour) [Yonne]; Rosson, h., c^ne^ de Doches (Aube); Fulaines, Couvrot (Marne); Blaincourt, Donnement, Aulnay, le Chêne, Viâpres-le-Grand et Viâpres-le-Petit (Aube); Vertus (Marne)

1141. — Dominus Thomas de *Rici* tenet medietatem domus fortis de *Coulaverzi* de excasura uxoris sue, filie Guidonis de *Chambelein*,

1142. — Guiotus de *Chamlot* debet respondere de feodis infra quindenam Pentecostis, anno L secundo.

1143. — Comes Grandis Prati tenet apud Ramerrucum ex parte uxoris sue, de escasura domini Erardi. Item, tenet de alio homagio illud quod emit a domino Tierrico de *Bievre*.

1144. — Henricus, filius domini d'Ardilleriis, tenet ex parte uxoris sue, filie domini Garnieri de Maregniaco. villam de *Maraie* cum omnibus appendiciis.

1145. — *Helissanz de Chapes,* filia domini Galteri de Chapis, tenet quicquid habet apud Chapas et in pertinentiis, et quicquid habet in vicecomitatum Trecensem. Item, tenet de alio homagio quicquid habet apud *Gii* et apud *Velle-Morien*. De garda nichil scit.

1146. — Gila de *Blives*, relicta Johannis de *Blives* militis, tenet apud *Blives* usque ad XX solidatas terre.

1147. — Dominus Arceiarum tenet castrum *d'Arcies* et castellaniam, videlicet id quod habet apud *Senancourt*, apud *Torci* Parvum et Torci Magnum, et apud Quercum, et apud Sanctum Baussangeium, et apud Ulmos, et medietatem Villete, apud Martroi et apud *Premieffet*, et XXII libratas in nundinis Trecarum. De garda, et de feodo domini Guillelmi de Virtuto quod est juxta portam *d'Arcies*,

1141. — Les Riceys; Colasverdey, aujourd'hui Charmont; Chamblin, h.; c^ne^ d'Ervy.

1142. — Champlost (Yonne).

1143. — Grandpré (Ardennes), Ramerupt (Aube); Bièvre? (Ardennes).

1144. — Arzillières (Marne); Marigny, Maraye-en-Othe (Aube).

1145. — Chappes, Gyé-sur-Seine, Villemorien (Aube).

1146. — Blives, f. et ch., c^ne^ de Savières.

1147. — Arcis-sur-Aube, Torcy-le-Grand et Torcy-le-Petit; le Chêne; Saint-Balsême, h., c^ne^ des Ormes; les Ormes, Villette (Aube). Le Martroy, h. détr., c^ne^ de Pouan (Aube); voyez la note 1101. Premierfait (Aube); Vertus.

dixit se nichil scire ; littere patris sui dicunt quod hoc est unum feodum per se [1].

1148. — Dominus Henricus de *Vergi* tenet de rege id quod habet apud *Montengon*. Item, tenet de alio homagio IIII$^{xx}$ X libratas.

1149. — Domina Helluidis de *Mauni* tenet, apud *Acenai* et apud *Ville-Meroil*, terras, prata, homines. Non debet gardam ut dicit.

1150. — Johannes, filius domini Guillelmi de Monte Sancti Johannis, tenet XXX libratas in bursa.

1151. — Joffridus de Sancto Martino, ligius, tenet de rege apud *Creni*.

---

# XXII

## FEODI DE VIRTUTO [2]

1152. — Dominus Petrus de *Coulle* tenet, apud *Souderon*, L sextarios avene et L solidos census ad parvam mensuram.

1153. — Dominus *Adans* de Sancto Medardo tenet domum fortem de Sancto Medardo cum porprisio. Tenet

1148. — Vergy, c$^{ne}$ de Reulle (Côte-d'Or) ; Montangon (Aube).
1149. — Assenay, Villemereuil (Aube).
1150. — Mont-Saint-Jean (Côte-d'Or).
1151. — Creney (Aube).

---

1152. — Coole, Soudron (Marne).
1153. — Saint-Mard-lès-Rouffy, Châlons-sur-Marne, Avize (Marne).

---

1 Cet article a été biffé.
2 Le rôle des fiefs de la châtellenie de Vertus est formé de trois bandes de parchemin.

etiam partem ville usque ad domum *Poincet* et usque ad cheminum de *Chaalons*, — circiter XII libratas terre, — et homines suos *d'Avise*.

1154. — Domina de *Chooilli* tenet apud *Gyvri* XXX libratas terre. *Fellippes li Fauconniers* tenet de ipsa, apud *Gyvrei*, C solidatas terre.

1155. — *Guioz de Nuevile* tenet apud *Sommessout* domum, terras, homines, justiciam : circiter XL libratas terre. Villanus de *Soumessout* tenet de ipso. apud *Soumessout*, XX libratas terre. Debet gardam apud (Montem) Ymerum per tres menses.

1156. — Poincetus de *Soumessout* tenet domum fortem apud *Soumessout*, terras, homines, justiciam : circiter XL libratas terre. Dominus Garnerus de *Coumineles* tenet de ipso, apud *Soumessout*, XV libratas terre.

1157. — Dominus Johannes de *Germignon* tenet domum fortem de *Germignon*, terras, homines, molendina et integre quicquid habet apud *Germignon*, et homines suos de *Chenehier* et de *Covlans*, et alios homines qui sunt in castellania Virtuense et alibi ubicumque sint : circiter centum libratas terre. Heredes domini Milonis de *Chevigni* tenent de ipso, apud Villam *Seneur* et apud Beloceriam, terragia et quicquid habet ibidem. Custodiam debet per annum apud Montem Ymeri.

1158. — Dominus Guillelmus *d'Esclaances* tenet apud Chaplenas unum modium bladi in molendino, et centum jornalia terre, domum et ortos.

1159. — Domina de Chevigneio (tenet) domum fortem

1154. — Chouilly, Givry-lès-Loisy (Marne).

1155. — La Neuville, f. détr., c^ne de Gionges-Saint-Fergeux ; Sommesous ; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1156. — Sommesous (Marne).

1157. — Germinon, Cheniers ; Conflans, f., c^ne de Villeseneux ; Chevigny ; Blossière, h., c^ne de Chaintrix ; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1158. — Eclance (Aube) ; Chapelaine, h., c^ne de Vassimont (Marne).

1159. — Chevigny, Rouffy, le Mesnil-sur-Oger (Marne).

de Chevigneio de doario et ballio, et etiam molendinum, aquam, et homines, et justiciam, et medietatem gasignagii, et pratum magnum, et LX solidos census apud Roffeium, domum de Virtuto cum jardino que fuit defuncti Bartholomei, *la soigniée de Chevignei*, et custodiam hominum sanctuariorum [1], homines de Maisnillo. Dominus Guillelmus *Rahiers* tenet de ipsa apud *Chievignei*, et dominus Guido de *Chevignei* tenet de ipsa quicquid ibi habet. Debet custodiam apud Virtutum per sex septimanas.

1160. — Dominus Johannes dictus *des Brebis*, de Rouffeio, debet custodiam apud Montem Ymeri per sex septimanas de hiis que tenet in castellania de *Viteri*.

1161. — Dominus Guido *Betars*, miles, de Gyongiis, tenet ex parte patris duodecimam partem de Fera *Brisenge* et nemorum ejusdem ville, — circiter septem libratas terre, — apud Estogias in nemoribus et coustumiis circiter LX solidatas terre, apud *Beaunay* tres solidos et dimidium census et homines alios usque ad decem familias per terram. Dominus Guido de Ardilleriis tenet de ipso medietatem molendini de Vado Petroso, et terras arabiles, circiter usque ad quatuor sextarios in semeura; dominus Radulphus de Castello apud Clamangias XXX sextarios bladi, et unum modium bladi apud Vadum Petrosum [2]. Non debet gardam ut dixit.

Item, tenet ex parte matris, de alio homagio, domum de Giongiis cum toto porprisio, furnum et alia, — circiter XL libratas terre, — XX modios vini in vinagiis domini

1160. — Rouffy; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus; Vitry-le-Brûlé (Marne).

1161. — Gionges-Saint-Fergeux, Fèrebrianges, Etoges, Beaunay, Arzillières, Voipreux, Clamanges (Marne).

1 On a rayé ici les mots qui suivent: « et etiam domum de Virtutum sitam ante capellam. »

2 On peut encore lire ici, sous une rature, une première déclaration de Guy Bétart au sujet de la garde. Elle était d'abord ainsi conçue: « Debet gardam apud Virtutum per sex septimanas »; mais bientôt ces deux derniers mot avaient été remplacés par « tres menses. »

regis. Dominus Radulphus de Castello tenet de ipso, apud *Fremaufontaine*, septem libratas terre. Debet gardam de feodo isto, apud Virtutum, per tres menses

1162. — Domina Helisendis, relicta domini Ade *le Camus* de Loisiaco, tenet de doario et ballio apud Loiseium domum, homines, redditus, terras, vineas, nemora, prata : circiter XL$^{a}$ libratas terre. Dominus Robertus *Chacebuef* tenet de ipsa, in rebus predictis, usque ad decem libratas terre. Et ibidem dominus Gilo, miles, circiter quindecim libratas terre; domina Margarita ibidem sexaginta solidatas terre; Colardus *Motel* usuarium nemoris; mater *les Fusseaux de Veleis* in decima et terragio de *Chintri* partem suam, nescit tum quantam. Debet gardam apud Virtutum per tres menses.

1163. — Manasserus de Insula tenet apud Virtutum, apud *Beanay*, apud *Sauderon*, XL$^{a}$ libratas terre. (Debet), apud Montem Ymeri, gardam per XII$^{cim}$ septimanas. Habet etiam domum unam apud Montem Ymeri.

1164. — Domina Agnes de Fera, dicta de *Lageri*, tenet de doario Girardi *Pié-de-Chien* domum apud Virtutum, jardina cum toto alio porprisio dicte domus et quoddam terragium apud *Morains*.

1165. — Dominus Petrus Pes Canis tenet de duobus feodis de quibus rex non habet nisi unum hominem, — et sunt duo fratres, — duas partes in medietate terragii de Fera *Brisenge*, et nonam partem in tertia parte, et tantumdem in nemoribus et justicia et in custumiis dicte ville, et tres familias hominum, et medietatem terragii de *Mourains*, et apud *Estoges* X sextarios bladi ad parvam mensuram, et V$^{que}$ solidos census, domum cum jardinis et toto

1162. — Loisy-en-Brie, Velye, Chaintrix (Marne).

1163. — Isles-lès-Villenoy (Seine-et-Marne); Beaunay, Soudron; Mont-Aimé, ch. dét.., c$^{ne}$ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1164. — Fèrebrianges, Lagery, Morains-le-Petit (Marne).

1165. — Fèrebrianges, Morains-le-Petit, Etoges, Bergères-lès-Vertus, Chaltrait, Aulnay-aux-Planches, Ponthion; les Grangettes, h. détr., c$^{ne}$ de Pierre-morains (Marne).

porprisio dicte domus de Virtuto, sedem molendini de *Bele-Oyseuse*. In hiis omnibus domina Agnes, mater sua, habet tertiam partem ratione dotis et Johannes, frater suus, tenet de ipso in hiis medietatem. Tenet iterum uxuarium nemorum communie de Estogiis. Tenet de ipso Petro Theobaldus de Bergeriis VII sextarios bladi apud *Mourains*, Theobaldus de *Chaletroy* III sextarios et unam minam, et Philippus de *Aunoy* III sextarios et unam minam, Johannes de *Pontion* ad *Grangettes* X sextarios bladi. Debet gardam apud Virtutum sex septimanas, ut dicit.

1166. — Dominus Guido, miles de Villa Nova, tenet domum et porprisium de Villa Nova, aquam usque ad Molendinum Monachorum, usuarium nemorum de Loisiaco, duos furnos bannales apud Virtutum, XX$^{ti}$ jornalia terre apud Virtutum, sex hospites liberos apud Villam Novam.

1167. — Richerus de Aula tenet de hereditate uxoris sue, aput Clamangias, duos furnos et medietatem unius furni, et terram de *Connantrel*, — circiter centum solidatas terre, — et dicti furni valent circiter octo libras per annum.

1168. — Galcherus de Rilleio tenet, de doario et ballio uxoris sue, domum de *Trecon* cum jardino et porprisio ejusdem, dimidium modium avene, de qualibet domo unum denarium et unum poucinum, et apud Clamangias medietatem unius molendini. Gardam non debet, ut dicit.

1168 *bis*. — Petrus dictus *Corbins*, de Virtuto, tenet domum que quondam fuit domini Petri *Corbin*, cum jardino et porprisio, apud Clamangias quatuor moutonnos et tres solidos census et duas gallinas. Non debet gardam, ut dicit.

1169. — Johannes de Soilleriis tenet de duobus feodis. Debet dicere infra quindenam Pasche.

1166. — Villeneuve-lès-Rouffy, Loisy-en-Brie (Marne).
1167. — La Cour, h., c$^{ne}$ de Villevenard (?); Clamanges, Connantray (Marne).
1168. — Rilly-la-Montagne, Trecon, Clamanges (Marne).
1168 *bis*. — Clamanges (Marne).
1169. — Soulières (Marne).

1170. — Domina Maria dicta de Campis, soror domini Henrici de *Fon-Vanne*.

1171. — Dominus Galcherus de *Monmor*.

1172. — Dominus Eustachius de *Couvlans* tenet de rege quicquid habet apud Bassillum, et domum fortem de Marolio cum pertinenciis, et id quod habet apud Montem Mauri, et id quod rex dedit patri suo apud Besillum. Item, tenet de alio feodo villam de *Congi* et medietatem nemorum de *Congi*. Item, tenet de hereditate uxoris sue quicquid habet apud *Bordenai*, et apud *Trancuel*, et apud *Marcelli*, et apud *Duirri*, et apud Charmetum, et in pertinenciis dictarum villarum, et illud quod ei assignabitur pro excambio Gondricurie in vicecomitatu Trecensi. Retrofeodos debet dicere infra Pentecosten, anno L°II°.

1173. — Dominus Hugo de *Covlans* tenet de rege id quod habet apnd *Congi*, et medietatem nemorum et in pertinenciis, et id quod habet apud *Estoige*. Item, tenet de alio feodo domum fortem de *Couflans*, et villam cum pertinenciis, et id quod rex dedit ei apud *Cheneier* et apud Feram *Champenoise* propter Adam de Sezannia, et id quod rex dedit ei apud Plagostrum, videlicet homines sanctuarios et de corpore. Item, tenet de tercio homagio sextam partem de Plagostro. Retrofeodos debet dicere infra Pentecosten, anno L°II°. Item, tenet de dote uxoris sue apud *Suippe* cum pertinenciis, et apud Nantolium cum pertinenciis, et apud *Poivre* de hereditate uxoris sue, et apud Villam Novam *dou Chemin*, et apud Erviacum, et apud Ramerrucum, de escasura domini Erardi. Et ita sunt sex homagia.

1170. — Fontvannes (Aube).

1171. — Montmort (Marne).

1172. — Conflans, f., c^ne^ de Villeseneux ; le Baizil, Mareuil-en-Brie, Montmort, Congy (Marne) ; Bourdenay, Trancault, Marcilly-le-Hayer, Dierrey-Saint-Pierre et Dierrey-Saint-Julien, Charmoy (Aube) ; Gondrecourt (Meuse) ; Troyes (Aube).

1173. — Conflans, f., c^ne^ de Villeseneux ; Congy, Etoges, Cheniers, Fère-Champenoise, Sézanne, Pleurs, Suippes, Nanteuil-la-Fosse (Marne) ; Poivre, Villeneuve-au-Chemin, Ervy-le-Châtel, Ramerupt (Aube).

1174. — Helvidis, relicta Henrici Magni de Virtuto, pro se et duabus filiabus suis, tenet apud Alnetum XII sextarios bladi et terras arabiles, et apud Grangetas X sextarios bladi, et quartam partem in justicia de Grangetis, et apud Virtutum VI denarios census. Neptes dicti mariti sui Henrici tenent de ipsa apud Alnetum, III sextarios bladi, et circiter dimidium modium bladi in semeura, et apud Grangetas V sextarios bladi et terras harabiles.

1175. — Nicholaus dictus *Moteaux* de Virtuto tenet, ex parte uxoris sue, apud Feram *Brisenge*, duodecimam partem de Fera et nemoris ejusdem ville, de valore septem libratarum vel circiter.

1176. — Guiotus de Soilleriis, armiger, tenet apud Soillerias partem furni, terras, homines, terragia, vineas apud Virtutum, et unum arpentum apud Soillerias, valoris circiter X libratarum terre in quibus mater ejus tenet medietatem de doario. Renaudus, clericus, de Soilleriis, tenet de ipso in locis predictis decem libratas terre. Debet gardam apud Virtutum per sex septimanas.

1177. — Guillelmus *Adenins* de Capella, armiger, tenet de duobus feodis, sicut Johannes frater suus dixit. Tenet domum cum porprisio de Capella, terras, terragia, justitiam, prata, et *les marès*, et alios redditus, et integre quicquid habet ibidem. De dictis terris, Petrus, pater ipsius Guillelmi, emit trigenta sextarios in semeura a domino Guillelmo de Alniseolo quorum debet gardam. Et de eisdem duobus feodis solum fecit homagium, licet plures habeat fratres. In hiis omnibus duo fratres sui habent partem suam et tenent de ipso. Debet gardam per duos menses.

1178. — Wuermondus de *Chintri*, armiger, tenet apud

1174. — Aulnay-aux-Planches ; les Grangettes, h. détr., c^ne de Pierremorains (Marne).
1175. — Fèrebrianges (Marne).
1176. — Soulières (Aube).
1177. — La Chapelle, f., c^ne d'Aulnizeux ; Aulnizeux (Marne).
1178. — Chaintrix, Aulnay-aux-Planches (Marne).

Alnetum XL sextarios seminis ad veterem mansuram, XIII denarios census, et tres minas bladi quas pater suus emit. Guillelmus, frater ejus, tenet de ipso in rebus predictis medietatem. Non debet gardam ut dicit.

1179. — *Raoulès de Veleis* tenet apud *Veleis* domum, partem justicie, furni, aquarum, molendini, medietatem terragiorum, terras, omnes census vinearum : XX libratas terre in quibus mater sua habet medietatem pro dote. *Jehannins Fuissiaux* tenet de ipso molendinum, terras et ea que ibi habet : XX libratas post mortem matris eorum. Domina *Helluis de Bellaume* : C solidatas terre. Non debet gardam ut dicit.

1180. — *Jehannins de Lanri*, armiger, tenet homines sanctuarios de *Lanri* et capitagia : IIII libratas terre. Mater sua tenet de rege medietatem in predictis. Fratres sui tenent de ipso partem suam in predictis. Non debet gardam ut dixit.

1181. — Albericus de *Veleis* tenet apud *Veleis* domum, terras, censum, prata et duas oscas : XXX solidatas terre. Non debet gardam.

1182. — Domina de Plaisseto tenet domum de Plaisseto cum omnibus pertinenciis, ad Corveias subtus Montem Hymeri costumias, XII sextarios et unam vineam apud Virtutum. Debet gardam per unum annum.

1183. — *Thiebauz* de Roiseriis tenet apud *Escuri*, de doario et ballio, homines sanctuarios et alios, et *les aubeinés*, et homines de *Connantrel*, et justiciam, et bannum *d'Escuri*, et homines de Grangeta et de Clamangiis, et terragium, et domum, et id quod habent apud *Ver*. Do-

1179. — Velye, Blesme (Marne).

1180. — Lenharrée (Marne).

1181. — Velye (Marne).

1182. — Le Plessis, h., c^ne de Vertus; les Corvées, f., c^ne de Bergères-lès-Vertus; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1183. — Rosières ? (Aube); Ecury-le-Repos, Connantray; les Grangettes, h. détr., c^ne de Pierremorains; Clamanges; Mizy, f., c^ne de Leuvrigny; Vert-la-Gravelle, Lenharrée; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne de Bergères-lès-Vertus (Marne).

minus Milo de *Minzi* tenet de ipso illud quod habet apud *Ver* et homines de *Lanri*, ex doario uxoris sue in rebus predictis. Et *Jehannins d'Escuri* et Eustachius, frater (ejus), tenent de ipso partem suam in rebus predictis. Debet gardam apud Virtutum per tres menses et apud Montem Hymeri per sex eddomadas.

1184. — Relicta domini Milonis *d'Escuri* tenet de rege doarium suum in rebus *d'Escuri*.

1185. — Henricus, armiger, de *Lanerii*, tenet medietatem hominum sanctuariorum aput *Lanheri*, et medietatem albanorum, X modios vini in vinagiis de Bergeriis, duas familias hominum apud Linthellas. De ipso tenent dominus Milo *li Ragues* et Guiotus de *Brantignei*. in dictis hominibus, unum hominem. Debet gardam apud Virtutum per duos menses.

1186. — *Baudons de Raine-Vile* et ejus fratres et sorores tenent apud *Rainvile* domum suam, jardinum, omnes terra(s) quas habent ibidem exceptis duabus petiis, pratum de Virtuto. Debet gardam apud Montem Ymeri per VI septimanas.

1187 [1]. — Dominus Nicholaus, miles, de *Poncancin*, tenet domum suam de Virtuto, terras suas et vineas. Tenet de ipso Terricus *d'Estrechei*, ratione liberorum suorum, apud Virtutum, usque ad sexdecim sextarios in semeura. Non debet gardam, ut dicit.

1188. — Dominus Anselmus de *Monmor* tenet *le Baisil*

1184. — Ecury-le-Repos (Marne).

1185. — Lenharrée, Bergères-lès-Vertus, Linthelles (Marne); Brantigny, h., c^ne^ de Piney (Aube).

1186. — Renneville; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1187. — Pocancy, Etrechy (Marne).

1188. — Montmort, le Baizil, Mareuil-en-Brie; la forêt de Wassy, s'étendant sur les finages d'Igny-le-Jard, du Baizil et de Mareuil-en-Brie; Dormans (Marne). La Marne, riv., affl. de la Seine; le Surmelin, riv., affl. de la Marne. Epernay; Courtamblon, h. détr., c^ne^ de Lucy; Lucy; Courcelles, f., c^ne^ de Corribert (Marne).

1 C'est ici que commence la seconde bande du rôle de Vertus.

cum omnibus pertinentiis, et quicquid habet apud Marolium, et gruariam quam habet in nemoribus de *Wassi* et in pertinentiis, et gruariam in nemoribus regine Chypri, et *les bateis* de *Baisil* et de *Maruel*, et quicquid habet apud *Dormanz*, et chaciam suam omnibus bestiis et quatuor cervos in anno inter Marnam et *Seurmenei(n)*, *de les platiaux deseur Vertu usque à Esparnai*, et de illo loco usque ad Villam subtus *Dormanz*, et de illo loco ad urmum de *Celles* [1], *et l'espave*. In hiis omnibus habet domina de *Monmor* doarium. Item, tenet de eodem homagio herbagium de *Courtanblon*, ut dicit. Dominus Anssellus *dou Baisill* tenet de ipso pro se et nepote suo apud Besillum XIII libratas terre, et Girardus Forestarius ibidem VII libratas terre, Baldericus *Branlarz* apud Villanas et apud *Luchi* L jornellos terre, uxor Bernardi apud Besillum X solidatas terre, et Stephanus de *Courceles* apud *Courceles* circiter XV libratas.

1189. — Galterus de *Monmor* tenet terciam partem de rege eorum, scilicet que dominus Ansellus nominavit.

Dominus Oddo de Villanis, miles, et *Oudarz* de Vanderiis tenent de ipso decimam et terragia de Vanderiis; et de hoc debent custodiam apud *Monmor*. Miletus de *Beerne* tenet de ipso quicquid tenet apud *Vousies* [2]. Non debet gardam ut dicit.

1190. — Dominus Johannes *li Abbes de Monmor* tenet *à Corcelles* XII jornalia terre, et VIII falcatas prati, et duos

1189. — Montmort, Vandières-sous-Châtillon; Bayarne, ff., c^ne de Soulanges; Vouzy (Marne).

1190. — Montmort; Courtamblon, h. détr., c^ne de Lucy; Mareuil-en-Brie (Marne).

1 La rédaction de l'article 1188 a été fort laborieuse. Toute la partie de la première phrase, depuis les mots « omnibus bestiis » jusqu'à « urmum de Celles », par exemple, a été ajoutée dans l'interligne. Mais, si la place et le sens de cette addition ne sont pas douteux, il n'en est pas de mêmes des expressions suivantes : « et arcum, duas partes archeri.... » qui semblent venir immédiatement après et que nous n'avons pas osé introduire dans notre texte.

2 On retrouve ici les mots : « Et Oudarz de Vanderiis terragia et decimam de Vanderiis, » qui, remplacés par la deuxième phrase de l'article, auraient dû être exponctués.

solidos census apud *Courtamblon*, II falcatas prati et unam hostisiam, apud Marolium X sextarios avene. Dominus Theobaldus, frater suus, tenet medietatem de predictis. Non debet gardam sicut dicit.

1191. — Domina Margareta de Monte Mauri, sicut Symon de *Monmor* dicit, tenet [1], ratione dotis, apud *Besyl*, tres familias hominum et duas mulieres. Dominus Symon et dominus Guido tenent de ipsa XII^{cim} modia vini apud *Puiz*, et isti fratres tenent de ipsa quinque familias hominum, et domina Agnes de *Fere-Briirange* tenet de ipsa apud *Rofi* circiter XL solidatas terre. Debet gardam per tres menses.

1192. — Theobaldus de *Chaletroi*, armiger, dicit quod tenet terciam partem de furno bannito ville, et talem partem justicie quod (*sic*) habet in villa, et homines, et terragia, et censum de uno feodo : circiter IIII libratas terre. Domina Gilla de Sancto Medardo tenet de ipso domum suam de Sancto Medardo, et medietatem molendinorum inter Sanctum Medardum et *Ponquanci* que erunt Reneri post decessum matris sue. Item, domina..... tenet de ipso pro se et pro filio XL sextaria apud *Ponquanci*, et homines et alia que nescit nominare ; in quibus filius suus Renerus habet partem suam. Item, Johannes, frater Theobaldi, tenet de ipso grangiam de Vousiis, et medietatem de una charrucata terre, et terragium, et apud *Ponquanci* XX^{ti} sextaria bladi, et homines apud *Ponquanci*. Debet gardam per sex setimanas. Et de retrofeodis supradictis nominatis hoc est alius feodus, et ille qui vult garantire istud non tenet *le demoine* adhuc, ut dicit.

1193. — Dominus Guillelmus de *Monmor*, miles, tenet

1191. — Montmort, le Baizil ; Puits, vill. détr., c^{ne} d'Etrechy ; Fèrebrianges, Rouffy (Marne).

1192. — Chaltrait, Saint-Mard-lès-Rouffy, Pocancy, Rouffy (Marne).

1193. — Montmort, Lucy ; Vaudancourt, v., c^{ne} de Brugny (Marne).

1 C'est à tort que le scribe a placé ici un quod inutile

sextam partem de alodio de Luchiis, in nemus, et in aliis rantis apud Luchiis, et circiter duo arpenta vinee apud *Vaudancort* circiter : VII libratas terre. Thomas, frater ejus, habet medietatem in predictis quam tenet de ipso. Debet gardam per sex setimanas.

1194. — Dominus Clarambaldus de *Ruffi* tenet, de dono regis, medietatem ville de Alneto et de *Treecon*. De garda dixit quod eam non debet.

1195. — Relicta domini Johannis de *Moregni* tenet, de dono regis, medietatem villarum de Alneto et de *Treccon*. Non debet gardam, ut dicit.

1196. — Dominus Johannes de Molendinis tenet, apud *Aunisel*, domum fortem *d'Aunisel* et quicquid habet apud *Aunisel*. Non debet gardam, ut dicit. Scripta dicunt quod debet per tres menses.

1197. — Relicta domini Eustachii de *Coufflanz* tenet de rege, ratione dotis, domum fortem de Marolio, et quicquid habet in villa de Marolio et in pertinenciis, et apud *lou Besil*, et apud Montem Mauri, et *la Corre*, et villam de Ogero cum pertinenciis, et illud quod habet in pedagio de Nogento super Sequanam : circiter ducentas libratas terre. De garda, de retrofeodis, de alienatis, debet dicere.

1198. — *Jehannins de Souillieres* tenet apud Virtutum circiter tria arpenta vinee in Clauso, de uno homagio. Item, tenet ibidem tres quarterios vinee, et sextam partem furni de *Soullieres*, et homines. et consuetudines : XX solidatas terre ; et IIII$^{or}$ sextarios seminis terre, de alio homagio. Item, tenet medietatem dicti furni, et XXV sextarios bladi in terragio, et homines, et consuetudines : XL solidatas terre ; et terras, — XX solidatas terre, — aquas et pascua, de tercio homagio.

1194. — Rouffy, Aulnay-aux-Planches, Trecon (Marne).
1195. — Mauregny-en-Haie (Aisne) ; Aulnay-aux-Planches, Trecon (Marne).
1196. — Molins, Aulnizeux (Marne).
1197. — Conflans, f., c$^{ne}$ de Villeseneux ; Mareuil-en-Brie, le Baizil, Montmort, Lacaure, Oger (Marne) ; Nogent-sur-Seine (Aube).
1198. — Soulières (Marne).

1199. — Item, dominus Guido *Betars* de Gyongiis, miles.

1200. — Dominus Renaudus de *Soume-Py* tenet apud Villam Novam prope Virtutum quindecim libratas terre, apud *Rainne-Vile* et apud *Puiz* de hereditate uxoris sue circa VIII libratas terre.

1201. — Domina Maria, relicta domini Roberti de *Some-Py*, tenet de rege apud *Trecon* decimam unam valoris circiter decem libratarum terre, in quibus habet medietatem dominus Milo de *Germaigne*, quam tenet de ipsa. Debet certificare infra Nativitatem sancti Johannis de tribus feodis qui tenentur de ipsa. Debet gardam apud Montem Ymeri.

1202. — Petrus de Alneto tenet XXX jornalia terre apud Alnetum et I falcatam prati. Nepotes sui neptesque sue tenent de eo C jornalia, et quartam partem terragii in quo dicitur ad *Chevaliers*. De garda nichil dixit.

1203. — Domina Agnes de *Monmor* tenet sextam partem nemoris de *Loisi*, et id quod habet in placito generali hominum de *Monmor*. *Bertrens* tenet de ea hoc quod habet apud *Givri*, et *Colegni* et apud *Loisi*.

1203 *bis*. — Guiotus de Novilla tenet, apud *Soumessout*, XL libratas terre .

1204. — Dominus Henricus *Foinions* tenet apud Plese-

1199. — Gionges-Saint-Fergeux (Marne).

1200. — Sommepy, Villeneuve-lès-Rouffy, Renneville; Puits, vill. détr., c^ne^ d'Etrechy (Marne).

1201. — Sommepy, Trecon, Germaine; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1202. — Aulnay-aux-Planches; les Chevaliers, h. détr., c^ne^ de Villeneuve-lès-Rouffy (Marne).

1203. — Montmort, Givry-lès-Loisy, Colligny, Loisy-en-Brie (Marne).

1203 *bis*. — La Neuville, f. détr., c^ne^ de Gionges-Saint-Fergeux; Sommesous (Marne).

1204. — Le Plessis, h., c^ne^ de Vertus (Marne).

---

1 Cet article a été barré, comme faisant double emploi avec l'article 1155. — Cf. aussi l'article 1214, d'une rédaction postérieure à la majeure partie du rôle.

tum, post mortem domine Marie, circiter LX libratas terre. Debet gardam per annum.

1205. — Domicella Margareta tenet apud *Banne* X libratas terre. Non debet gardam.

1206. — *Adenins* de Capella tenet de duobus feodis. Infra tres septimanas Purificationis (?) debet venire frater suus homagio faciendo.

1207. — *Adenins* de Capella tenet apud Capellam domum fortem et L libratas terre, vel plus, et unam domum apud Montem Hymeri.

1208. — *Hatez de Esclavale* tenet apud *Fenieres* quidquid ibi habet, — preter grangiam suam et preter pratum de Fonte, — et pratum de Miajo (?). Tenet etiam quicquid ibi habet et unam domum apud Montem Imeri, et hoc tenet racione dotis uxoris sue. Milo *Raboez* (tenet) de *Hatet* d'*Esclavale* id quod habet apud *Manci*. Et debet predictus *Hatez* gardam apud Montem Imeri, sed nescit quantum.

1209. — Johannes de *Ver*, filius Guillelmi d'*Ouillie*, tenet apud *Banne* XXX sextarios bladi per medium, et XII solidos census, et capones et costumias.

1209 *bis*[1]. — Domina Maria de *Ronchieres* tenet domum de *Livri* et debet retinere domum de Monte Hymeri. Non debet gardam ibi.

1210. — Thomas *d'Ablois*, armiger, tenet de doario

1205. — Bannes (Marne).

1206. — La Chapelle, f., c^ne^ d'Aulnizeux (Marne).

1207. — La Chapelle, f., c^ne^ d'Aulnizeux; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1208. — Esclavolles, Fagnières; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus; Mancy (Marne).

1209. — Vert-la-Gravelle, Œuilly?, Bannes (Marne).

1209 *bis*. — Ronchères (Aisne); Livry-sur-Vesle?; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

1210. — Ablois-Saint-Martin, Pocancy; Mont-Aimé, ch. détr., c^ne^ de Bergères-lès-Vertus (Marne).

---

1 C'est avec cet article que commence la troisième bande du rôle de Vertus.

uxoris sue apud *Po[nc]anci*, in domo, in avena, circiter C solidatas terre. Debet gardam apud *Mohimer*, sed nescit quantum. Plegius de rachato : dominus Johannes *Barrez*.

1211. — Poncetus de *Soumesout*, armiger, tenet domum fortem de *Summesout* et quicquid ibi habet : circiter L libratas terre. De garda debet dicere.

1212. — Dominus Henricus de *Nuelli* tenet de rege id quod habet apud Planchas *d'Aunoi*, ex parte uxoris sue. Non debet gardam, ut dicit.

1213. — Eustacius *d'Escuri* tenet de regi apud *Escuri* homines, de escasura nepotis sui. Item, tenet apud *Escuri Grangetes*, de alio feodo. Debet gardam per VI ebdomadas apud Moimerum.

1214. — Johanna de *Chaü*, relicta Guioti de *Nuevile*, tenet ex parte patris apud *Summesout* quicquid ibi habet, et ex parte matris apud *Crani* prope Trecas et apud *Chahu* in castellania Sancti Florentini.

1215. — Andreas de *Ver*, armiger, tenet de rege, cujus avus suus vocatus fuit Garinus. Tenet de hereditate uxoris sue, apud Alnetum, domum et centum solidatas terre. De garda nichil dixit.

1216. — Juliana, relicta Warmondi de *Chintri*, tenet apud Alnetum quicquid ibi habet.

---

1211. — Sommesous (Marne).

1212. — Neuilly-Saint-Front (Aisne) ; les Planches, h. uni au village d'Aulnay-les-Planches (Marne).

1213. — Ecury-le-Repos ; les Grangettes, h., détr., c^ne^ de Pierremorains Sommesous (Marne).

1214. — Chéu (Yonne) ; la Neuville, f. détr., c^ne^ de Gionges-Saint-Fergeux (Marne) ; Creney, Troyes (Aube).

1215. — Vert-la-Gravelle ; Aulnay-les-Planches (Marne).

1216. — Chaintrix (Marne).

# XXIII

## FEODI DE VITRIACO[1]

1218. — Dominus Johannes de *Saint-Fale*, sicut dicit, juratus, Herbertus prepositus suus, tenet domum fortem de *Pringy*, et integre quicquid tenet in eodem loco et in pertinenciis ejusdem, apud *Loysie* unam carrucatam terre et *l'abandon* ad IX boves, — valoris circiter IIII$^{xx}$ libratarum terre, — et X solidos apud *Solenges* in cousturniis. Dominus Odo de Mutigniaco tenet de eo IIII sextarios bladi in terragio de Pringeio; Droinus de Pringeio, armiger, XX solidatas terre apud *Viler* et apud *Pringy*. Non debet gardam, ut dicit. Debet ipsam testimonio patrie.

1219. — Oudinetus, armiger, de Sancto Hylario, tenet pro se et fratribus suis villas sancti Hylarii et de *Moive*, et quicquid habet ibidem pro se et dictis fratribus et eciam sororibus,— preter quam feodum Hugonis de *Wasnou*, — valoris circiter X libratarum terre. De eo tenet Gilo, filius Durandi de *Moyve*, terras arabiles apud *Moyve* : circiter LX solidatas terre. Et...[2], miles de Castro Radulphi, IX sex-

1218. — Saint-Phal (Aube); Pringy, Loisy-sur-Marne, Soulanges; Mutigny, v., c$^{ne}$ de la Chaussée; Pringy, Villers-sur-Marne, f., c$^{ne}$ de Couvrot (Marne)

1219. — Saint-Hilaire, h., c$^{ne}$ du Frêne; Moivre, Vanault-le-Châtel, Châtelraould (Marne); Dannevoux (Meuse); Marolles; Villotte, h., c$^{ne}$ de Luxémont. Scrupt (Marne); Dannevoux (Meuse); Larzicourt (Marne).

---

1 Le rôle des fiefs de la châtellenie de Vitry-le-Brûlé est formé de six bandes de parchemin

2 Il y a un blanc à la place du nom de ce chevalier de Châtelraould.

tarios avene; tenet ibidem in coustumiis, IX gallinas ibidem et XXVII corveias per annum. Non debet gardam, ut dicit. Item, dominus Ogerus de *Donevout* tenet de eo XX sextarios avene apud *Poyz* et LXXII solidos apud Sanctum Hylarium, et dominus Girardus de *Maroles* IIII sextarios apud *Vilette*.

Item, tenet Oudinetus apud *Secru*, de alio homagio, domum suam de *Secru*, quosdam homines, terras, et integre quicquid habet ibidem, scilicet IV libratas terre. Dominus Ogerus de *Donnevou* tenet de eo XL sextarios avene apud *Larzicourt*. Gardam non debet, ut dicit.

1220. — Walterus de Sancto Hylario, armiger, tenet X libratas terre apud Sanctum Johannem super Moyvam in molendino, terragiis et censibus.

